
S. PAULUS.


S. PETRUS.



IOANNIS PADOVANII VERONENSIS

DE SINGVLARVM HVMANI CORPORIS PARTIVM SIGNIFICATIONIBVS

Ex varijs antiquorum ſapientum voluminibus excerptis, atque in peculiares tabulas ſummatim pro qualibet parte digeſtis;

Opus ad dignoſcendos hominum mores, & qualitates, valde vtile & neceſsarium.

Authorum nomina, ex quibus ſignificationes ipſa excerptæ ſunt, verſa pagina indicabit.





VERONAE, M D LXXXIX.
Apud Hieronymum Diſcipulum.

NOMINA AVTHORVM, EX QVIBVS SIGNIFICATIONES SINGVLÆ EXCERPTÆ SVNT.

Albertus Magnus.
Ariſtoteles.
Auicena.
Aueroes.
Caſſiodorus.
Conſtantinus.
Hippocrates.
Iſidorus.
Melampus.
Meletius.
Michael Scotus.
Polemon.
Remigius.

FLAMINIO BORGHETTO

NOBILI AC CELEBERRIMO VIRO

Ioannes Padouanius Veronensis S. D.



T primum, Ornatissime vir, in officina Honorati Lascioli inter cæteros ordinis sui haud postremas obtinentis partes, te vidi, ac mecum sermones conferre cœpisti: tunc tuam excellentem in omni scientiarum genere sapientiam cognoui. Itaq; me totum tibi tradidi atque dicaui, non quidem spe aliqua pręmij, vt multi solent, commotus, sed egregia animi tui virtute, quam ab ijs qui te probè nouerunt, in te summa cum humanitate coniunctam esse intelligebam. Profecto tuã probitatem fama mihi tantummodo cognitam antea dilexeram: sed postea quam te præsentem conspexi, & simul perspexi tuos mores, suauitatem sermonis, vitæq; integritatem, & quod potissimum valet ad beneuolentiam conciliandam, sensi te plurimum delectari ijsdem Mathematicis studijs, quibus ego tantopere ad te colendum, obseruandumq; incitatus fui, vt ad studium, obseruantiamq; meam in te nihil addi posse videatur: Etenim quamuis in his artibus, quæ, quoniam libero homine dignæ sunt, liberales vocantur, mediocriter sim versatus: complector tamen eos ani-

mo, in quibus egregium aliquod ſpecimen, aut doctrinę, aut virtutis eluceat. His ſcientijs præterea, atq; artibus, quæ te nobilitant, ſanguinis tui claritatem, tuæq; familiæ antiquum decus addo: quę omnia in vnum collecta faciunt, vt inter tuos fulgeas ciues, tanquam Luna in cœlis inter minora ſydera. Iccirco his tuis, & animi, & fortunæ bonis allectus opus hoc de humani corporis partiũ interpretatione dicare decreui, quo facilius hominum ingenia, & mores quibus cum rem tibi habere contigerit, cognoſcere valeas. Accipe igitur ornatiſſime vir hoc munuſculum à me longo labore, aſſiduisq; vigilijs confectum eo animo, quo tibi à me dono eſt datum, ex quo ſi vel vtilitatis aliquid, vel ſaltem voluptatis accepiſſe te cognouero, ipſum laborem me pertuliſſe lætabor. Vale.

IOANNIS PADOVANII VERONENSIS IN TOTVM OPVSCVLVM ARGVMENTVM.



VANTVM *naturalium humani corporis signorum cognitio, & interpretatio omnibus vtilis sit, neminem, qui cum altero negocium vllum contrahit, latere arbitror. Per hanc enim scientiam hominum mores, animi affectus, ac deniq; vitæ propositum facilè deprehendimus: ac veluti quodam diuino spiritu afflati mortalium ingenia mirabiliter vaticinamur. Hinc cautiores, ac prudentiores in negocijs gerendis efficimur. Nam si (verbi gratia) nos quenquam, qui signa aliqua, vel petulantiæ, vel infidelitatis præseferat, animaduerterimus: profectò neq; ei depositum, neq; vxorem, neq; omnino thesaurum credere, vel denique amicitiam cum eo inire proponemus. Consideranti igitur mihi quantum humano generi huiuscemodi speculatio possit prodesse, sanè non ab re esse visum fuit, opusculum hoc ad communem non solum studiosorum, verumetiam cæterorum, qui tranquillam vitã agere optant, vtilitatẽ cõpilare; vt eo lecto, quilibet proborũ cõsuetudini inhærere, contra verò malorum deuitare queat. Hæc autem quæ in eo sumus tradituri, per proprias tabulas ita digessimus, vt nulli quantumuis inerudito vel puero etiam, difficile futurum sit omnia summatim percipere. Sed illud animaduertendum est, præter signa humani corporis, alias esse aduentitias quasdam causas, quibus hominum mores, naturæ, studiaq; immutantur, quemadmodum ætas, diuersa tempora, & huiusmodi permulta. Equidem dicimus adolescentes esse sanguineos: iuuenes biliosos: senes, & decrepitos, pituitæ, aut atræ bili obnoxios. Ideo diuersitatem ætatum & temporum; diuersitas etiam morum, & animi affectionũ consequitur: quod quidem experientia ipsa magistra ita esse discimus. nam iuuenes vt plurimum sunt hilares & iocundi, eo quòd in ijs sanguis & calor abundent, qui in ijsdem tamen temporis processu tepescit, & paulatim ex toto deficit. hoc idem contingit diuersis anni temporibus, in quibus humores quatuor, quibus mortalium corpora constant, variè videmus mutari. Nam Vere abundat sanguis: Aestate, bilis: Autumno, bilis atra. Hyeme, pituita. His autem ita varie immutatis, vnã etiam variantur ipsæ corporis constitutiones, quas ipsas mox naturales mores consequuntur. Quinetiam (vt vulgo fertur) ex honoribus mutantur mores: videmus enim frequenter nonnullos, quandiu in fortuna humili sunt, demissè valde se gerere, & affabiles esse, atq; modestos: qui si ad aliquos honorum, aut diuitiarum gradus, & ad meliorem statum perueniunt: elati, superbi, ac fastidiosi fiunt: atq; ita insolentes, vt ferri non possint. Ad hoc etiam quod dicimus multum affert educatio, & consuetudo. vtraq; enim hominum mores, & naturam mutant. Hinc factum est, vt dictum sit à Sapiente. Adolecens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea, quod educatio, & disciplina*

disciplina mores faciant. Afferūnt etiam regiones, quæ pro diuerso cœli tractu varios in corporibus habitus gignunt, ac etiam agendi modos efficiunt, ex quibus ipsis propemodum diuersi mores nascuntur, quæ causa est quamobrem diuersarū prouinciarum homines de rebus inter se varie sentiant. Sanè mores etiam quidam sunt, velut hæreditarij. Videmus enim sæpe hoc vsu venire, vt parentes fatui, similes sui filios procreent. Postremo magnam ad agendam in hominibus morum diuersitatem, vim habent consuetudines, amicitiæ, studia, & actiones, & alia id genus complura: quę quoniam in sequenti capite fusius explicaturus sum, missa faciam in præsentia. Monendus es mihi tamen amice lector, me in hoc libro in primis hominum mores, & naturas in vniuersum breuissimè explicaturum; deinde singularum partium interpretationes similiter in breuissimas tabulas redactas traditurum. Vltimo loco nonnullas definitiones humanarum effigierum pro varietate ipsarum partium subiecturum: atq; his diligenter explicatis, nostrum, Deo volente, librum clausurum.



Prima Pars

DE HVMANI CORPORIS PARTIVM SIGNIFICATIONIBVS INCIPIT.

De quinq; modis, quibus in vniuersum hominum mores, atq; animi affectus dignoscuntur. Cap. I.



VINQVE sunt modi, quibus hominum mores, & animi affectus dignoscuntur; Habitus, incessus, loquela, vsus, & actio. Ac primum quidem ex peculiari cuiuscunq; hominis ornatu tam dignitatum & munerum functiones, quàm animi constitutionem, & habitum disquirere non erit difficile. Siquidem solitus est vnusquisq; ad munus suum, animiq; propensionem, corporis ornatum accommodare. Quod etiam Ecclesiastici author videtur animaduertisse quum dixit, Amictus corporis, risus dentium, & incessus hominis, enunciant de homine. Quare quum quempiam animaduerteris, qui vestitu vtatur non exquisito, sed qui secundum statum suum & dignitatem suam incedat, vt moderationem in factis suis conseruet, habita ratione morum patriæ: ipsum proculdubio modestum, ac in suis actionibus prudentem iudicabis. Sin quempiam autem videris magis comptum quàm eius status & conditio requirit, quis inficias ibit illum esse leuem, futilem, atq; ventosum? aut quòd alios ad concupiscentiam prouocare desideret, quum ex leuitate, vel vanitate propter iactantiam hoc faciat, idem de alijs erit iudicium. Secundus modus inuestigandi qualis hominis animus sit, est incessus. Quippe (vt ait quidam) hominis incessus qui sequitur motum naturæ, indicio est qualis sit animi & morum eius natura. Quū enim animaduertis aliquem, qui inter ambulandum fronte contracta, ac superciliјs adductis, oculos modo humi defigat, modo & idem capite erecto sursum versum attollat; hunc profectò hominem dixeris esse pessimè cogitantem. Rursus si sit, qui capite, & oculis more ceruorum incesserit, celeriore & incompositiore gradu festinans: hunc tu vecordem & parum constantem asserere non dubitabis, quo fiet vt morum prauitas turpem, seu violentam illi mortem conciliet. Quòd si quem videris composito, ac suspenso gradu incedentem, vt propemodum planta vix terram attingat: is muliebri se esse natura, & venereis moribus ostendet. Simili modo etiā de alijs iudicabis, prout infra suis locis docebimus. Tertius modus, per

quem

quem cognoſcuntur homines, eſt loquela. Nam (vt ait Ariſtoteles librō primo de interpretatione) ea quæ ſunt in voce, ſunt eorum quæ ſunt in animo affectuum notæ. Quum enim contemplamur hominem, qui verbis vtitur moderatis, ipſum eruditum, doctum, prudentem, ac præclaræ cuiuſdam eſſe indolis pronunciamus; Nam vt eſt apud Diuum Ambroſium libro primo de officijs, Sapiens priuſquam loquitur, multa conſiderat. quid dicat, cui dicat, quo in loco & tempore. Illi autem qui ſunt homines praui, quemadmodum in ſuo ſenſu ipſi leues ſunt, ita etiam ſunt in locutione præcipites, quia quod leuis conſcientia concipit, leuior protinus lingua prodit. En igitur quam facile ex peculiari loquela hominis mens qualis ſit, inueſtigatur. Quarta ratio, per quam quis latentes hominis mores deprehendat, eſt amicitia, ſeu conſuetudo; nam (vt ait Ariſtoteles libro octauo Ethicorum) Homines eiuſdem naturæ naturaliter ſunt inter ſe amici magis quàm reliqui: quod inter diſſimilia ſtudia, beneuolentia eſſe non poteſt. Igitur cui frequens eſt cum quopiam conſuetudo, ipſum dubitari non poteſt eorundem eſſe morum cum eo, & animi affectus. Quinta, & vltima ratio, per quam hominum animi mores inueſtigantur, ex eorum vitæ ſtudijs, ſeu artificijs ducitur. Nam ſi (vt eſt apud Ariſtotelem lib. 4. Ethicorum) qnalis eſt vnius cuiuſque natura, talia etiam ſunt dicta eius & facta; profectò qualia ſunt hominum ſtudia atque munera, tales quoque plerunque eorum mores, & affectiones videntur: vt in viris preclaris, & ingenuis, qui elatè de ſeipſis ſentientes, & in ciuilium morum diſciplinam educati, nunquam turpia facinora perpetrare, aut furta commitere audent. Quod contra in mediaſtinis, & in huiuſmodi homuncionum genere euenit: qui quum ſint illiberalibus, ac ſordidis ſtudijs dediti, moribus etiam inquinatiſſimis ſunt. Siquidem (vt ait Boetius) Dat cuiq; natura quod conuenit. Et hæc quidem generalia dogmata interpretanti dixiſſe ſufficiant. Nunc ad proprias partium humani corporis coniecturas oratio noſtra conuertatur. Verumenimuero in primis hoc diligentiſſime eſt obſeruandum, vt ad cognitionem quam tradimus perfectè percipiendam, omnium teſtimoniorum vim, omniumq; ſignorū mixturas, ac partiū effectus, alios aliis inter ſe compares: nec ex vnius tantum ſigni indicio totam humanæ naturæ vim velis explicare. Sed primum quidem in vniuerſum rationibus, quas ante dixi, quales hominum mores ſint, indagabis. Deinde ſingularum partium ſignificationes collectas, aliam cum alia comparabis. Quumq; hæc omnia ſagaci fuerint inquiſitione collecta: factaq; ſingulorū cum ſingulis collatione: tunc demum ex confuſa omniū ſignificatione quadā veluti maſſa, de ſingulis rebus pronunciabis. Caue enim confidas te per vnius tantū ſigni interpretationem, certam de moribus hominis notitiam aſſequi poſſe. Siquidem hoc tametſi ſæpe euenire ſolitum eſt, perpetuum

tamen

tamen non est vt gibbosi,aut claudi,omnes fraudulenti: Sed pluribus inuicē collatis,omne ingeniū hominis verissimis poteris explicare sentētijs.Atq; vt à summis quæ in homine sunt,initium sumamus:primò de capillis agemus.

De capillis. Cap. II.

CAPILLI, ex sententia Auicenæ,ortum habent ex humore fumoso, quando coagulatur in poris, & oritur super eos propriè quando ipse corporis humor est viscosus & unctuosus, non aqueus aut lutulentus. Sunt itaque capilli indices interioris animi affectus, quum corporis constitutionē necessariò animi etiam constitutio sequatur. Sed (vt ait Aueroes) significatio coloris pilorum vt plurimum,certa non est,nisi in temperatis climatibus. Videmus enim Theutonas esse capillo flauo: Ethiopes, nigro. Itaque vnaquæque regio proprias habet corporis eorum, quæ in ea degunt, constitutiones,atque ita etiam necessariò pilorum colores. Aetates etiam pilos variant,& pleraque alia,quæ causa breuitatis omitto. Verum significationes, quas ex antiquorum sapientum voluminibus collegimus, in vnam summam per tabulam sequentem redigendas curauimus, vt hic vides.

Capilli	*Significant.*
Asperi	Crudelem,dolosumque.
Asperi, grossi, & crispi	Siccam complexionem.
Blundi valde	Couenientem, amantem honorem, gloriosum,frigidum.
Cani vel caluicies in iuuentute	Vanum,instabilem,luxuriosum,audacem,loquacem.
Compressi fronti eminentes	Vanum,luxuriosum,crudelem,obtusi ingenij,brutalem,ferum animū.
Crispi valde	Simplicem,duri ingenij,timidum, lucri cupidum.
Crispi eleuati multum	Simplicem,audacem,superbum, iracundum,mendacem,luxuriosum, vafrum, procacem.
Crispi subtiles	Luxuriosum.
Crispi & eleuati in fronte	Simplicem,partim maliciosum.
Flaui, crassi,est albi	Indocilem.

Groſſi, criſpi, breuiores	Audacem,fortem,quietum, vanum, falla-cem,indomitum,cupidum, fortunatũ.
Longi extenſi, tenueſque	Frigidam complexionem.
Mediocres in quantitate & colore	Probum, conuenientem.
Molles	Timidum.
Nigri	Pauidum, lucri cupidum.
Nigri valde	Modeſtum,timidum,in opere ſtudioſum, ſecretum, fidelem,parum infortunatũ.
Plani,ſubtiles,molles	Timidum,debilem,pacificum,manſuetũ, aſſociabilem,modeſtum.
Rari,tenues	Frigidum,imbecillem,cupidum lucri,hebes ingenium.
Reſupinati in fronte	Vehementem,quandoque ſapientem.
Ruffi	Inuidum,fallacem,ſuperbum,vaniloquũ, ventoſum.
Spiſſi per totum caput	Luxurioſum,vanum,crudelem,pigrum, immemorem, cupidum,infortunatum, bonæ digeſtionis.
Subalbi, vel glauci.	Conuenientem, timidum, debilem, boni ingenij, verecundum, infortunatum.

De fronte. Cap. III.

FRONS eſt anterior pars faciei, quæ ſub cincipite poſita inter ipſum & oculos eſt. Dicitur enim frons (vt quidam volunt) à ferendo, eò quòd indicia animi præſeferat. Quippe quæ (teſte Plinio) homini triſtitiæ,hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis index eſt. Videmus enim plerunque eam in triſtitia corrugari,& in lætitia dilatari.Quas autem animi affectiones indicet, tu in ſequenti tabula animaduertes.

Frons	*Significat.*
Aſpera	Prauum, nequam.
Capillata verſus naſum	Liberalem.
Conflata in temporibus	Animoſum,ſuperbum,iracundum,obtuſi ingenij,

Con-

Conuexa,alta,orbiculata.	Stolidum, imprudentem.
Cuſpida in angulis temporum	Vanum,inſtabilem,debilem, ſimplicem.
Diſtorta valde	Imprudentem.
Inęqualis cum foſſulis	Perfidum.
Innuens	Temerarium.
Eleuata in rotundum	Liberalem,lætum,bonum,tractabilem, iocundum,prudentem.
Longa eleuata	Simplicem,debilem,iuſtum,docilem,infortunatum.
Magna,nuda pilis.	Audacem,ſagacem,ingenioſum,aſtutum, iracundum,mendacem.
Nubiloſa,ideſt contracta	Crudelem,lucri cupidum.
Nubiloſa cũ pupillis imparibus	Peſſimum,nefarium.
Parua nimis	Simplicem, iracundum, rudem, veracem, cupidum, pulchrorum, curialem.
Piloſa	Simplicem,vanum,luxurioſum, credulũ, ruſticum.
Plana ſine rugis	Iracundum,contumelioſum,pertinacem, glorioſum.
Pro tenſa ſublucida	Adulatorem, doloſum.
Quadrata	Iuſtum, ſapientem, magnanimum, fortem.
Rotunda	Iracundum.
Rotunda in temporibus	Audacem,cupidum honoris,veracem,iracundum.
Rugoſa a medio	Simplicem,magnanimum,ingenioſum, inuerecundum, cogitabundum.
Sine rugis	Vanum, fallacem, ſimplicem, litigioſum.
Spacioſa nimis & lata	Seuerum, aſperum, indiſcretum.

Appendix.

QVI contrahit ſæpe mediam frontem cum ſupercilijs,eſt ſordidus,hoc eſt vili lucro intentus.

De superciliis. *Cap. IIII.*

SVPERCILIA sunt dicta eò quod ciliis sunt suprapofita; quæ ideo pilorum multitudine sunt vestita, vt defluentem supernè a capite humorem siue sudorem auertant, ne in oculis incidat: atque etiam ad decorandam faciem: quia sine his ea esset indecora. Habent autem supercilia, ex sententia Aristotelis, quandam latentem vim, qua motus inrestini tam animi, quam corporis indicantur, id quod tu temet ex tabula insequenti facile animaduertes.

Supercilia	*Significant.*
Arcuata	Animosum.
Arcuata ad tempora, & ad gibbositatem genarum	Negligentem.
Arcuata, naso iuncta	Subtilem, ingeniosum, studiosum.
Breuia, flaua	Conuenientem ad omnia, debilem, timidum, credulum, mutabilemq; ingenij.
Carnosa cum raris pilis	Ingenium hebes obtusumque, frigidum in membris principalibus.
Coniuncta	Maliciosum, prauum, ineptum, deceptorem.
Densa	Ineptum ad loquendum.
Descendentia ad nasum	Ingeniosum in nefandis negocijs.
Eleuata & densa	Animosum.
Eleuata & quæ frequenter eleuantur cum suspirio	Superbum, audacem, gloriosum, cupidum, male cogitantem, conuenientem.
Eleuata versus tempora & descendentia ad nasum.	Inuerecundum, hebetem, timidum, stolidum, insaciabilem.
Glabra	Sanguinis corruptionem, aut meatuũ obstructionem.
Inclinata, crispa	Inuerecundũ, segnem, suspiciosum, tenacem, inuidum, fallacem.
Inclinata dum loquitur.	Vafrum, tenacem, proditorem, pigrum, tectum.

Lineata

Lineata prolixa	Efœminatum, mollem, imbecillē, malū.
Longa multorum pilorum	Magna meditantem.
Longa	Arrogantem, luxuriosum, inuerecundū,
Nudata pilis	Timidum.
Rara, mensuratæ magnitudinis	Ingeniosum, temperatæ naturæ.
Rara	Simplicem, debilem, crudelem, sociabilē.
Stricta simul	Tristem, auarum.

De cilijs seu Palpebris. Cap. V.

CILIA a celando sic dicta, sunt oculorum tegumenta, quæ tuta custodia oculos tegunt. Hæc etiam & palpebræ dicuntur, eò quòd palpitando, semper moueantur. assiduè enim inter se concurrunt, idque vt assiduo motu reficiant obtutum atque conseruent, naturaque eas ad hoc etiam induxit: vt eorum beneficio tuti essent oculi ab ijs quæ extrinsecus incidentia eis possent nocere, vt sunt muscæ, festucæ, & id genus; atque etiam ipsis inuolutis, securius & quietius dormiatur. Habent autem vnde aliqua ex parte animæ affectus significent, quod disces ex proximè sequenti tabella.

Cilia	*Significant.*
Anguli dilatati ciliorum	Aegritudinem oculorum.
Anguli dilatati, & oculi ridibundi	Luxuriosum.
Carnosiora	Astutum, malam calliditatem.
Carnosiora in angulis	Ebriositatem.
Inclinata deorsum versus	Mendacem, astutum.
Longa valde	Ingeniosum, audacem, fidelem, perfectæ amicitiæ.
Mobilia	Pusillanimum, amoribus obnoxium.
Palpebræ superiores operientes palpebras inferiores	Longam vitam.
Subtilia	Tenacem, inuidum, sagacem, tectum, iracundum, sub crudelem.
Subtilia inferius oculos obtegentia in morbis.	Mortem.
Tumentia supernè	Insolentem.

De oculis. *Cap. VI.*

OCVLI, vt ſcribit Iſidorus, quaſi occulti ſunt dicti, nempè quia eos ciliorum tegmina occultant, ne qua incidentis iniuriæ offenſione lædantur. Siue etiam quia occultum lumen, & abditum intra ſe habeant. Hi autem omnibus ſenſibus animo ipſi ſunt magis affines. Quippe in oculis omne iudicium mentis eſt. Siquidem ex ijs animi ipſius perturbatio, vel hilaritas in oculis apparet. Similiter amor, vel odium, & cæteræ affectiones. Iidem dicuntur & lumina: quia lumen extrinſecus accipiunt, acceptumque communicant, & refundunt. ſunt itaque oculi inſtrumenta viſus: quorum medius punctus vbi eſt vis videndi, & paruæ imagines videntur, dicitur pupilla. Vocatur autem, & hoc nomine, eò quòd pura ſit & impolluta, vt puella. Cæterum qui abdita rerum ratione inueſtigant, aiunt eas in oculis ægrotantium non apparere, qui intra triduum ſunt morituri. Habet præterea ipſa pupilla circa ſe circulum quendam, quem coronam appellant: quo diſcernente per nigredinem, albe partes oculi a pupilla ſeparantur. Hæc corona rotunditate ſua ornat ambitum pupillæ, & in ipſa conſiſtit maxima oculi pulchritudo. Quarum autem & animæ, & corporis affectionum oculi indices ſint, ex ſequenti tabula noſcere tibi non fuerit difficile.

Oculi	*Significant.*
Abſconditi	Suſpicioſum, malicioſum, inuidum, audacem, crudelem. luxurioſum.
Acute intuentes ſub cilijs	Malicioſum, inuidum, tenacem, obſcurum.
Ad interiora ideſt ad naſum ſpectantes.	Venereum, amabilemque.
Albi, aut glauci	Timidum.
Albedo ſub nigra	Magnum, in honore viuentem.
Apetti diu ſtantes	Stolidum, inuerecundum.
Aridi	Prauum, impium.
Bouini	Inertem, pigrum, obtuſi intellectus.
Caui ardentes	Doloſum, infanda cogitantem.
Caprini	Stolidum, malorum morum.

Ci-

Citrini in albedine	Simplicem, mendacem, luxuriosum, iracundum, infidelem.
Cęsij, concreti, ac tenebrosi	Pessimum, ac euitandum.
Cęrulei subhumidi	Dolosum.
Cęsij sicci	Impios mores, ac biliosum.
Cęrulei, magni, humidi, stabiles	Optimum moribus hominem, at iracundum.
Concaui, sicci, lucentes, voluptatem præseferentes	Amoribus obnoxium.
Concaui parui	Dolosũ, proditorem inuidum, sacrilegum.
Conniuentes sæpe, mobilesq;	Instabilem, versutum, luxuriosum, mendacẽ.
Circuli pupillæ inęquales cum nubecula fronti	Dęmoniacos.
Discolorati	Timidum.
Eminentes	Stolidum, subuerecundum, conuertibilem.
Extensi cum extensione vultus	Maliciosum, nequam.
Flaui	Fortem, magnanimum.
Flentes semper ex nihilo	Paupertatem sempiternam.
Fului, splendidi	Supremo pauore obnoxium.
Grossi valde	Stolidum.
Gutulas pallidas habentes	Dolosum.
Gutulas habentes rubicundas, quadratas, sublucentes	Nefandum homicidam.
Gutulas nigras sanguineas in nigris pupillis habentes	Maleficum venenarium.
Humidi	Magnificum, fortem, veracem, sapientem, luxuriosum, verecundum, humidum.
Humidi perlucidi	Iocundum.
Humidi, humiles fatui	Libidinosum.
Ignei	Inuerecundum, litigiosum.
Karopi, aut subglauci	Bonum animum.
Lęti	Luxuriosum.
Lipi	Potatorem.
Longi cum supercilijs longis	Doctum, sed breuis vitæ.
Lucidi valde	Peroptimum.

Maculoſi	Detractorem, magis probum.
Maculoſi circa pupillam	Malum hominem.
Maculas albas, nigras, aut rubeas habentes	Detractorem proditorem, reprobandum.
Magni	Pigrum, inuidum iracundũ ſtolidum, gulonem, conuenientem.
Magni & ſuper cilia longa	Breuem vitam
Magni perlucidi	Iniuſtũ, docilem, prouidentem, admonitorem
Margaritæ in circuitu	Inuidum, verboſum, timidum, peſſimũ.
Mobiles, palpebris immotis	Audacem, fidumque in rebus arduis.
Mobiles	Contraria conſulentem.
Mediocres ſub nigri	Probum, pacificum, boni ingenij, conuenientem ad omnia.
Mediocris coloris	Bonum, purum, boni intellectus.
Nigri aliquantulum cum humiditate	Prudentem, iuſtum, ingenij præclari, ſed puerorum amatorem.
Nigri valde	Timidum.
Nigri ſplendidi	Prauum, doloſum, valde maleficum.
Nigri, leniter riſiui	Omnem turpitudinem.
Nigri ad flauum declinantes	Animum bonum.
Nigri ad viriditatem declinantes	Doloſum, iniquum, pecunię furem, valde luxurioſum.
Obfixi obtuitu in vno hærentes	Probos mores.
Obliqui	Fallacem, ſagacem, tenacem inuidum, iracundum.
Obliqui in febre acuta	Mortem propinquam.
Obſcuri	Imprudentem.
Obſcuri, humidi condecenteſque.	Ingenioſum, docilem, verecundum, timidum, parcum, morigeratum.
Obſcuri ſqualidi:	Doloſum, infidum, inuerecundum, incontinentem.
Pallidi	Doloſum.
Parui	Malum, ſtultum, puſillanimum.
Parui & prominentes vt cancri	Stultum ſtolidum, ſibi ipſi indulgentẽ.
Parui rotundi	Verecundum, debilem, ſimplicem, ignarum, infortunatum.
Parui, rotundi cum facie pallida	Ad male agendum procliuem,

Parui tremuli,& cæſij	Imprudentem, perfidum, iniquum, ex aliorumque calamitatibus victum ſibi quærentem.
Parui cum fuluo nigrantes	Peſſimum,ideo euitandum.
Parui, imbecilles	Seruilem,prodigum,falſum.
Parui,prominentes, rabicundi	Inſtabilem,effrenatum.
Parui,prominentes, tremuli	Doloſum iracundum.
Pupilla citrina,aut nigra deaurata	Sanguinis fluxum.
Pupillæ in gitum vergentes	Immundum,homicidam,facinoroſum.
Retorti ad dexteram	Fatuitatem.
Retorti ad ſiniſtram	Incontinentiam.
Riſiui	Adulatorem,luxurioſum,detractorem, longæuum tamen.
Riſiui ſubmiſsè aridique	Supremam nequitiam.
Riſiui maximi	Hebetem,luxurioſum, imprudentem.
Rubei vt prunæ	Peſſimum,obſtinatum,vitioſum.
Rubei vitioſi lacrimis	Iracundum,tædioſum,crudelem,infidelem, inuerecundum.
Ruffi aliquantulum ingenteſque	Turpiloquum, imperioſum vanum.
Sanguine infecti	Inconſultum, celeremque.
Splendentes magni cæſij,ſanguineique.	Audaciſſimum,feruidum in opere quolibet peragendo.
Sublimes,magni,fulgentes,humidique	Iuſtum prudentem, ſtudioſum, amoris plenum.
Sicci	Prauum impium.
Subtiles cum palpebris demiſſis	Androgenum.
Triſtes humidique	Supplantatorem, doloſumque
Triſtes aridi,	Summam beneuolentiam
Tendentes ſurſum cum rubore	Peſſimum,ſtolidum,ſtultum,ebrioſum.
Tendentes deorſum	Idem,& implacabilem iram.
Terrorem incutientes	Rapacem.
Tardi cum intuitu acuto	Malicioſum,vanum,pigrum, inuidum, ſed fidelem.
Tremuli	Inſtabilem,infidum.
Turbulenti	Timidum.
Turgidi aridi	Patricidam,veneficum,puerorum,corruptorem.
Varij	Acutum ingenium.

Varij magni	Mendacem, vanum, simplicem, luxuriosum, seductorem, inuidum.
Varij vt iris, sicci	Infamem.
Venosi,	Maniacum.

Cautela.

QVVM videris hominem frequentantem in te visum, & quum respicis eum, conteretur, & ex hoc erubescit, & maximè si inuitus suspirat & lacrimæ apparent in oculis eius: hic diligit te, & timet te. Si vero sit contrarium, erit inuidus, & contemnet te.

Corollarium.

DICIT quidam Philosophus, Nunquam vidi strabonem sine immensa caterua vitiorum. Idem de Monoculis censendum erit.

De Naso. Cap. VII.

QVVM inter cæteras humani corporis partes, nulla sit, in qua tantopere animi affectus elluceant quàm facies: ideo præter ea quæ de varijs oculorum significationibus diximus, libuit nobis de natura & habitu nasi hæc pauca subiungere. Nasus igitur à naribus dictus, est instrumentum olfactus & faciei maximum ornamentum, vt potè sine quo tota illa capitis pars inhonesta sit. Et propter hoc fecit natura nasum in medio trium instrumentorum sensibilium quasi trutinam positam, propter morum anhelitus alijs sensibus necessarium. Quas autem animi affectiones nasi figura arguat, per tabulam sequentem facilè intelliges.

Nasus	*Significat.*
Acutus in puncta	Irascibilem, sagacem, debilem, memorem.
Aduncus	Mentem præclaram, ingenio præditum.
Aquilinus	Magnanimum, credulum, rapacem.
Breuis, ac simus	Furem lassiuum.
Breuis plus nimium	Accusatorem, & delatorem.
Concauus	Luxuriosum.
Curuus, & durus	Inuerecundum, furem.

Eleua-

Eleuatus in medio	Mendacem, vanum, instabilẽ, luxuriosum, credulum.
Breuis ac simus	Furem, & lasciuum.
Grossus longus	Cupidum, simplicem in bonis, vafrum, secretum, vanum.
Grossus, & nares latę	Simplicem, fallacem, subdolum, luxuriosum, inuidum, gloriosum.
Longus subtilis	Audacem, curiosum, iracundum, vanum, credulum.
Longus cum puncta decliui	Sagacem, secretum, fidelem, quandoque probum.
Longus cum crassa puncta	Audacem, probum, ingeniosum, tenacẽ.
Latus in medio, declinans	Mendacem, vanum, luxuriosum, infortunatum, pauidum.
Latus valde	Pauidum.
Magnus	Caliditatem cordis, ideo irascibilẽ, impudentemque.
Paruus	Inertem.
Paruus, mediocris, & eleuatus	Luxuriosum & subdolum.
Pilosus in puncta & conueniens	Conuertibilem, bonæ conditionis.
Rectus	Linguam procacem.
Retortus cum crassa puncta	Audacem, superbum, tenacem, inuidum, cupidum, seductorem.
Rotundus in fine cum patuis naribus	Superbum, credulum, vanum, largum, fidelem.
Rubicundus nimis	Auarum, impium, tenacẽ, luxuriosum, crassi ingenij.
Rubeus & tumefactus	Vinolentum, & ebriosum.
Semi circularis vtrinque su per os	Subdolum, seductorem, detractorem.
Simus	Ineptum, vanum, mendacẽ, luxuriosum, debilem, credulum.
Simus, expansus	Iracundum.

De Naribus appendix.

NARES latiores nasi partes in quibus sunt spiracula à naritate, seu gnaritate dicuntur, quod nos odoratu doceant, Aiunt Sapientes, Narium pars quæ iuxta frontem est, si nec alta, nec humili, sed æquali linea descendat, virile signum est; & constantiam, & prudentiam demonstrat. Reliqua vero narium indicia ex sequenti tabula colligere poteris.

Nares	*Significant.*
Apertæ	Iracundum.
Conclusæ	Stultitiam.
Concauæ	Animosum.
Magnæ	Magnos testiculos
Magnæ amplæ	Luxuriosum, proditorem, vanum falsum audacem, infortunatum.
Obtusæ valde	Insipientem, vanum, mendacem, superbum, bellicosum, infortunatum.
Minores debito	Furem.
Patulę	Alacris, & fortis iudicij.
Strictæ subtiles	Sagacem, mendacem, vanagloriosum, modestum, sed quandoque fidelem.
Tenues & longæ	Leuium morum, mobiliumque.

De genis siue maxillis. *Cap. VIII.*

GENÆ, quę & maxillæ dicuntur, vt quibusdam placuit, sunt inferiores oculorum partes vnde barbæ inchoantur. Hæ indicio sunt potissimũ qualis cuiusque corporis constitutio sit hominis. Nam si rubicundæ sint mista mediocri quadam albedine, neque admodum crassæ, sed mediocriter carnosæ; indicant corpus esse humido & calido temperatum. Si vero sint in colore albidæ nulla admista rubedine, et suapte natura, obesæ, & molles, & fluuidæ: argumento sunt corpus nimio plus frigidum esse, et humidum. Reliquas autem significationes ex sequenti tabula elicies.

Maxillæ	*Significant.*
Curtæ eminẽtes in parte superiori	Maliciosum in rebus nõ pertinentibus.
Eminentes in superiori parte	Vinosum, & ebriosum.
Erubescentes superius	Idem
Exiles plus nimio	Vafrum, ac prauis moribus.
Grossæ carnulentæ	Ignauum, vinolentum.
grossæ ab oculis distantes	Inuidum.
Inflatæ & plenæ	Magnam iracundiam.
Longæ valde	Nugacem, vana loquentem.
Mobiles	Semiuirum.
Paruæ plenæ, quasi ab oculis abstisæ	Humorum plenitudinem.
Rotundæ	Inuidum, dolosum.
Tenues nimium	Malignitatem, prauos mores.

De

De ore *Cap. IX.*

OS, quemadmodum Isidorus censet, dictum est ex eo, quòd per ipsum quasi per ostium cibum immittimus, & spiritum foras emittimus: vel quòd inde quasi de ostio sermones egrediuntur. Os etiã est animæ nuncius quia illud ore exprimimus, quod prius mẽte concepimus. Vnde (vt ait Aristoteles, primo Politicorum) Ex omnibus animantibus nullum est, quod sermone vtatur, homine excepto. Cæterum autem quas animæ affectiones oris constitutio demonstret, sequens tabella tibi obiter indicabit.

Os	*Significat.*
Fœtidum flatu	Mendacem, vanum lassiuum, crudelem, stolidum, inuidum, cupidum.
Humidum	Timidum, quandoque malignum.
Magnum latum	Audacem, inuerecundum, mendacem, impium, immitem, stolidum, comedonẽ.
Paruum	Timidum, pacificum, fidelem, secretum, verecundum, erudibilem, effęminatũ.
Paruum, exterius prominens	Prauos mores, proditoremque.
Redolens flatu	Conuenientem, sapientem, sagacem, secretum, fidelem, conuertibilem.
Rotundũ ac in foueã dehiscens	Inuidum, prauos mores.

Appendix.

QVI mouet os ad manum, aut ad cibum quando comeditur, est gulosus, malorum morum, iracundus & discors.

De Labijs *Cap. X.*

IN extremitate autem maxillarum seu mandibulæ, sunt labia, quæ facta sunt ex carne molli, quoniam duplici motu mouentur: vno videlicet proprio superne & inferne: & altero maxillarum motu versus vnumquodque latus vicissim, siue versus vtramque maxillam. Labia igitur, secundum Isidorum, dicta sunt à lambendo, quorum superius, labium dicitur: inferius verò, labrum nuncupatur. Sunt item labia multum necessaria, quia dentes muniunt, ac etiam ad loquelam proferendam adiuuant vehe-

vehementer. Habent prętere a vim quandam tam corporis ipsius constitutionis, quam animæ indicem. Nam labia rubicunda, secundum Constantium, signum sunt puri temperamenti, & impermixtionis turbati sanguinis, & interioris virtutis: sicut contra, liuida, deficientis virtutis & caloris naturalis. Nos verò ad significationes animi inuestigandas sequentem condidimus tabulam: vnde tu quicquid ad hoc pertinet, facile discere poteris.

Labia	*Significant.*
Blanda parumper ridentia:	Libidinosum, quandoque dolosum.
Colorata, parum subtilia.	Probum, conuertibilem.
Eleuata superius vt dentes appareant.	Litigosum, contumeliosum,
Eleuata superius, inferius submissa.	Miseriam vitæ, indebitas mores.
Eleuata inferius	Iniurium.
Grossa, foris inuersa	Conuenientem, simplicem, audacem, grossi nutrimenti.
Grossa vt canis	Deceptorem, accusatorem.
Inæqualia	Simplicem, obtusum, varię fortunæ.
Magna	Improbum,
Parua cum oculis risiuis	Libidinosum mendacem.
Parua superiora, & parum eleuata.	Verbosum, inuidum, accusatorem.
Pilis referta	Auarum.
Subtilia, & superius euersa & decliuia.	Furem deceptorem.
Subtilia, conuenientia	Simplicem, audacem, grossi nutrimenti.
Labium inferius laxum, & valde rubicundum in muliere.	Maximam libidinem.
Superius labium maius	Timidum.
Inferius maius superiore	Stolidum.
Tumida ad anteriores secantes dentes	Cinędum

De dentibus. *Cap. XI.*

DENTES dicuntur quasi edentes, aut quasi omnia apposita diuidentes & incidentes, vt author est Isidorus. Dicit autem Aristoteles, Quòd animalia, quæ multos dentes habent eosque coniunctos, sunt

sunt vitæ longioris; quæ vero paucos,& separatos breuiotis. Quas autem animi qualitates, dentium positura significet,per sequentem tabellam inuestigare poteris commodissimè.

Dentes	*Significant*
Aridi in ęgris	Mortem.
Bipartiti cum rimula in medio superius in muliere	Viraginem, hinc meretricem.
Citrini aut nigri	Stultum,credulum, mēdacem, inuidum, cupidum, suspiciosum.
Fortes spissi	Vitam longam, cupidum, magnanimum, robusti ingenij, credulum.
Inequales	Sagacem, audacem, inuidum, iracundū, conuertibilem, boni ingenij.
Longi, fortes	Inuidum, impium, gulosum, audacem, mendacem, suspiciosum.
Parui rari debiles	Debilem,fidelem,secretum, timidū boni ingenij, vitę breuis, tenere capacitatis.

De lingua *Cap. XII.*

LINGVA à lingendo cibū est dicta: vel quia per eam articularis sonus verba ligat, sicut enim plectrum chordæ, sic allidit lingua dentibus vt ait Isidorus. Quo fit vt propter passiones multas & vitia quæ ipsi accidunt, vsum illa quandoque sermonis amittit. Si enim ea nimio plus tumida sit, nimiam caloris magnitudinem designat. Si alba frigiditatem: si mollis, humiditatem, si sicca & aspera, siccitatem. Omnia igitur talia (vt dixi) linguæ impediunt vsum; vel tollunt ex parte, vel in totum. Sed quoniam Galenus,& alij antiqui scriptores de hac re satis abunde tractasse videntur, ideo quod ad animi interpretationes attinet, quid sibi velit vnaquęque lingua in sequenti tabella aperire conabor.

Lingua	*Significat.*
Alba	Paupertatem, & miseriam.
Balbutiens	Simplicem, vanum, instabilem, iracundum, mendacem, seruitialem, debilem.

Grossa

Grossa & lata	Flegmaticum, atq; ingenium rude.
Grossa aspera	Sagacem, officiosum, vanum, secretũ, timidum, impium.
Longa rubea	Sapientem.
Subtilis	Ingeniosum, sagacem, credulum, conuertibilem,
Velox	Credulum, inscitientem, obtusi ingenij, iracundum, conuertibilem.

De anhelitu. *Cap. XIII.*

ANHELITVS, cordis & pulmonis est motus propter attractionem frigidi aeris ad temperamentum innati caloris cum eiusdem expulsione generatus, Est itaque caloris cordis per attractionem aeris temperatiuus: & expellendo vaporem fumorum eiusdem, purgatiuus. Est etiam animalis spiritus & vitalis nutritiuus. Item fortitudine, vel debilitate consistentiæ spiritualium ostensiuus. qui si fuerit velox & paruus: calorem alienum significat, qui virtutem suffocet, & potissimè vincat. Anhelitus vero paruus & frigidus vt in acutis febribus: signum est mortis. Sed ne amplius nostrum sermonem in longum protrahamus, hęc et pleraque alia in sequenti tabella summatim colligere poteris.

Anhelitus	*Significat*
Altus interfectus cum gemitu	Dolorem & tristitiam in amissis.
Breuis, assiduus, interruptus	Timidum imbecillem.
Cum labore emissus	Sine cousilio virum, peruersum, verbosum, cupidum.
Cum rugitu emissus	Impetuosum, iracundum, ferinum.
Cum suspirio & gemitu	Animi angorem.
Cum suspirio, & vultus pietate	Turpem amorem.
Deficiens sæpe	Curarum plenum.
Fœtidus	Mendacem, obtusi ingenij inuidum, cupidum, vitiosum epar.
Frigidus	Mortem propinquam.
Mediocris	Quietem cordis
Multus	Robustum, & econuerso.
Per debita interualla emissus	Optimam hominis ortitudinem.

De voce

De voce. Cap. XIIII.

Vox, secundum Isidorum, & Priscianum, est aeris tenuissimus ictus plectro linguæ formatus. Organa autem vocis, siue instrumenta, multa sunt, scilicet pulmo, arteriæ, guttur, vuula, os, dentes, labia, atque lingua. Sine.n.aliquo istorum instrumentorum vox perfecta formari non potest. causa verò qualitatum vocis accipitur à complexione cordis & pulmonis in caliditate & frigiditate. Ista.n. membra quãdo sunt calida, arterias vocales faciunt latas, & spiritus multos: hinc vox magna, & crassa emittitur. Quando verò sunt frigida, vox acuta & gracilis causatur. Quum igitur vox ex prædictis instrumentis principalibus præsertim procedat: ideo animæ qualitates ex ea inuestigare non erit difficile, prout dicit Aristoteles libro primo de interpretatione, Ea quæ sunt in voce, sunt earum quę sunt in anima passionum notæ. Nam imago animi sermo est. Et qualis vir, talis oratio, ait Seneca. Sed quum de hac re satis abundè superius pertractatum sit, ad tabulã sequentem qualitatum vocis me transferam.

Vox	*Significat.*
Acuta in vocatione	Tutum, audacem, iracundum, maliciosum, superbum, auarum.
Acuta, mollis, & rupta	Timidum inuidentemque.
Acuta & ferox	Iracundum.
Aspera valde	Crassi ingenij, intellectus, & nutrimenti, inuidum, dolosum.
Alta valde	Fortem, audacem, iniuriosum: sui sensus.
Clara & sonora	Prouidum, veracem, sagacem, vanagloriosum, credulum.
Difficulter emissa	Maliciosum, dementem.
Dirupta placabilis	Inuidum, vanum, mansuetum, credulum, luxuriosum.
Dulcis	Inuidum, suspiciosum.
Grauis finiens in altum	Iracundum, impetuosum, audacem, tutũ.
Grossa distensa	Fortem, audacẽ, eloquentẽ, bellicosum,
Impedita catarris	Simplicem, vanum, instabilem, timidum, grossi nutrimenti.
Mediocris	Sapientem, prudentem, iustum, veracem.
Mitis, grata	Pacificum, secretum, timidum, tenacem, iracundum, obstinatum.

Mollis in vocatione	Debilem, mansuetum, tenacem, sagacem.
Nasinna	Inuidum, mendacem, dolosum.
Rauca	Impudentem.
Submissa	Dissimulatorem.
Submissa grauis	Modestum.
Subtilis	Debilem, timidum, sagacem, boni intellectus, pauci cibi.
Solida in cantu	Fortem, ingeniosum, cautum, tenacem, cupidum, sapientem.
Tremula	Inuidum, suspiciosum, timidum, debilem, gloriosum.

De risu. *Cap. XV.*

RISVS, secundum Cassiodorum, est vox confusa, lætitiæ insultationem immoderata hilaritate denuncians. Et quamuis anima multum delectetur risu: nimius tamen risus, quem cachinnum vocamus, arguit paucitatem intellectus. Vnde prouerbium vulgatum. Risus abundat in ore stultorum. Nam (vt ait Catullus) risu inepto res ineptior nulla. Totius autem risus substantia ex plene procedit. Nam habentes splem magnum, multũ rident, & econuersò. Quid autem significet risus, sequens tabella facilè indicabit.

Risus	*Significant.*
Alta voce, vel strepitu emissus	Iracundum.
Cum derisione aut tortione oris	Arrogantem, falsum, iracundum, auarũ.
Cum tussi aut difficultate spiritus	Inuerecundum, aut tyrannum.
Durus	Sapientem, obstinatum, sagacem, patientẽ, tenacem, iracundũ, supplantaneum.
Durus breuis	Stabilem, tenacem, sagacem, fidelem, ingeniosum, laboriosum.
Facilis	Simplicẽ, vanũ, obtusi ingenij, instabilẽ, credulum, seruitialem, non secretum.
Facilis cum tussi, vel oscitatione, aut torquendo caput	Varium, inuidum, credulum, conuertibilem ad vtrunque.

Mode-

Moderatus	Benignum, iocundum, amabilem.
Multus	Stultitiam, & spem magnum.

De Mento. Cap. XVI.

MENTVM ab eminendo sic dictum, est ea pars faciei quæ inter gulam & os eminet & mouetur, hoc est quasi mandibularum fundamentum, vnde ipsę oriuntur & iunguntur. Dicit Constantius, Quod hoc membrum fuit necessariū propter originem mandibularum, & dentium inferiorum radicationem, & propter voluntariam oris clausuram, & apertionem. Fuit etiam conueniens propter faciei complexionem, & perfectam ipsius vultus consumationem. Quod si fuerit proportionatum fronti, totam honestat faciem, & decorat. Hominis verò mentum pertractari, amoris, & fidei indicium est. De menti significationibus, quæ ex authorum voluminibus excerpsi, accipe sequentem tabellam.

Mentum	*Significat.*
Acutum, conuenienter plenum	Laudabilem virum, boni intellectus.
Acutum & carne nudatum	Audacem, tędiosum.
Acutum, carne subtile	Audacem, bellicosum, irascibilem, seruitialem.
Carnosum	Pacificum, obtusi ingenij, legalem, secretum, conuertibilem.
Carnosum ad gulam	Luxuriosum.
Cuuum	Rudem ingenio, deceptorem, infidelem, furem.
Foueatum nimis	Luxuriosum.
Paruum & breue	Inuidum, immitem, prauum, proditorem.
Prolixum nimis	Iracundum, asperum, crudelem.
Prolixum descendens	Dolosum.
Rotundum	Effœminatum.

De Barba. Cap. XVII.

BARBA, vt dicit Constantius, faciei viri est ornamentum, vnde apparens, & cooperiens maxillas; in vna parte est ad ornamentum: in alia, ad maxillarum adiutorium & iuuamentum siue famulatum. Nam sua villosi-

tate neruos maxillarum tuetur à nimia aëris frigiditate. Et ideo maxillarum est necessarium tegumentum. Item est vigoris, & caloris naturalis indiciũ. Alteratur autem color pilorum barbæ secundum ętatis varietatem, & ideo canescit barba in senectute, propter debilitatem caloris, & abundantiam frigoris. Defluunt autem quandoque pili barbę propter caloris, & humoris interceptionem. Et quanuis barbæ constitutio & habitudo ita variabilis sit, vt nunquam propemodum in eodem statu permaneat: tamen non ab re fore hæc pauca ex antiquorum voluminibus excerpta subijcere duxi, vt patet in sequenti tabella.

Barba	*Significat.*
Incomposita	Immundum.
Protensa	Auarum.
Prolixa	Infortunatum
Retracta ad nasum	Libidinosum
Rufa	Deceptorem, mendacem, luxuriosum.
Spissa et bene ordinata	Morigeratum, conuenientẽ, bonę naturæ.
In Muliere barba	Fraudem, & magnam luxuriam.

De facie & hominis vultu. Cap. XVIII.

FACIES, secundum Isidorum, ab effigie dicitur, ibi est enim facta tota figura hominis, & vnius cuiusque personę cognitio. Vultus verò dictus, eò quòd per eum voluntas ostenditur animi. Secundum enim voluntatem, in varios motus mutatur. Vnde & differunt inter se vtraque: nam facies simpliciter accipitur pro vniuscuiusque naturali aspectu: vultus autem animorum qualitates significat. Nam, (vt ait Cicero de oratore) Imago animi est vultus, iudices, oculi. Nam hæc sunt vna pars corporis, quæ quot animi motus sunt: tot significationes possit efficere. Lętus enim vultus, et arridens, libidinosum denunciat, et iucundum: tristis vero, tristem. Hinc deformem naturam vehementer habens, minimè potest bonos mores habere. Vnde versificator.

Distortum vultum sequitur distantia morum.

Quid autem in vnoquoque faciei qualitas ostendat, ex tabula sequenti facilè tibi erit indagare.

Facies	*Significat.*
Ampla valde	Fatuum, indocilem.
Bene disposita	Laudabilem.
Carnosa valde	Timidum, lætum, legalem, discretum, luxuriosum, immemorem, credulum.
Carnosa lata valde	Simplicem, obtusi ingenij, obliuiosum, conuertibilem, luxuriosum, falsum.
Carnosa squalida	Timidum, amentem.
Carnulenta tota	Iucundum, & viuidum.
Colorata	Laudabilem, lætum, credulum, seruitialē, conuenientem, boni intellectus.
Communis conueniens	Conuenientem, bene dispositum.
Concaua à fronte ad mentum	Malos mores
Curua, longa, macra	Obtusi ingenij, inuidum, quandoque malignum.
Deformis	Malorum morum.
Ebrio similis	Potatorem, luxuriosum, vanum, fortem.
Elegans	Dissimulatorem.
Gracilis	Circunspectum, subtilis intellectus.
Latior in fronte, & altior	Simplicem, inuidum, tenacem, mendacē, rixosum, mali ingenij.
Læta, arridens	Iucundum, libidinosum.
Longa	Iniuriosum.
Longa, & macra	Audacem, simplicem, rixosum, superbū, iniuriosum, fallacem, durum moribus, pium, conuenienter luxuriosum.
Magna	Imbecillem.
Macilenta	Sagacem, laboriosum, boni ingenij, stomachosum, subcrudelem.
Mediocris, subpinguis	Veracem, facilem, sagacem, boni ingenij, memorabilem.
Minax	Immitem.
Minuta valde, & rotunda	Simplicem, timidum, debilem, grossi nutrimenti, & naturæ.
Pallida	Maliciosum, superbum, curiosum, vanū, luxuriosum, inuidū, proditorē, infirmū.
Parua valde	Pusillanimum, maliciosum, adulatorem, tenacem.

Rotun-

Rotunda vehementer	Stultum.
Rubicunda per se	Asperos, & truces mores.
Rubea nimis	Humorum repletionem malorum.
Rugosa	Immitem.
Subtilis	Multarum cogitationum.
Sudans facile	Calidum, vanum, luxuriosum, commedonem, obtusi ingenij.
Vallata submacta	Iniuriosum, inuidum, mendacem, vanum, laboriosum, rixosum.

De Auribus. *Cap. XIX.*

AVRIS, secundum Isidorum, est instrumentum auditus, & est dicta auris à vocibus hauriendis: vnde dicuntur aures, quasi audes. vox enim repercussa per earum anfractus sonum facit, quo sensum accipiũt audiendi. Summa auris particula dicitur pinnula; pinnam enim antiqui acutum vocant. Quicquid autem in corporis, & animi habitudine habeant significare, sequens exprimet tabella.

Aures	*Significant.*
Equinæ	Ipsum dominum, vel principem moriturum.
Excauatæ	Prudentem.
Iacentes super caput applicatæ	Hebetem, pigrum.
Iunctæ inferius cum mandibulis	Stultum, vanum.
Longæ aut amplæ	Audacem, impudentem, vanum, pigrum, debilem, seruitialem.
Magnæ crassæ	Stolidum, simplicem, grossi nutrimonti, longeuum.
Moderatæ magnitudinis	Fortem, laudatis moribus præditum.
Oblongæ & angustæ	Inuidum.
Paruæ	Malignum, luxuriosum, furem, vitæ breuis.
Paruę subtiles	Bonum, secretum, pacificum, timidum, sagacem, honorabilem, tenacem, breuis vitæ.
Pilosę	Bonum auditum, vitam longam.
Rotundæ nimis	Indocilem.
Subtiles & siccæ	Cholericum, & nunquam bonum.

De

De capite. Cap. XX.

CAPVT, secundum Isidorum, à capiendo dictum, eò quòd omnes sensus, & nerui inde initium habeant & capiant, atq; ex eo omnis vigendi causa, & sentiendi ratio oriatur: estq; prima pars, & principalis inter omnia membra corporis exteriora, & quò ad situm, & effectum, obtinet principatum. Caput itaq; dignius est & nobilius cæteris omnibus membris: quia regnum est, & gubernaculum totius corporis, eiq; influens perfectionem virtutis ad suas peragendas sensibiles actiones: & ideo à natura situm habet in corporis summo, vt regat, ordinet, & disponat omnia, quæ secundum naturæ ordinem sub ipso sunt. Eius autem dispositio debet esse mediocris inter magnum & paruum pro modo aliorum membrorum. Nam si caput fuerit nimis paruum, erit illaudabile, & significabit defectum materiæ, & debilitatem virtutis informatiuæ: econuersò verò, si fuerit nimis magnum, eò quòd defectum virtutis operatiuæ, & materiæ superfluitatem significet. Quare si ipsum fuerit benè dispositum, & ordinatum: omnia, quæ sibi subsunt, in meliori consistentia disponuntur; & econuersò: quæ singula & alia complura sequens indicabit tabula.

Caput	*Significat.*
Breue, præcipue sphericum	Sine virtute, & sapientia.
Concauum anterius	Dolosum, iracundum.
Conueniens modicè depressum	Prudentem, ac cæteris laudabiliorem
Deficiens in postremo	Pauidum, defectum memoriæ.
Depressum ante	Defectum iudicij.
Eminens in priori parte	Insolentem.
Crossum cum lata facie	Suspiciosum, animosum, cupidum, sagacem, secretum.
Crossum, deforme cum collo grosso	Sagacem, secretum, ingeniosum, comicem, non benè fortunatum.
Longum cum facie longa, magna & deformi	Fatuum, simplicem, credulum, quandoque maliciosum.
Magnum bene rotundum	Secretum, sagacem, boni ingenij, discretum, stabilem, laboriosum.
Magnitudine superans	Stolidum, indocilem.
Magnum cum lata fronte & vultu gignante	Falsum, mansuetum, indocilem.
Maleolo simile	Prouidum, circunspectum.

Paruum	Malignum, ſtultum, bilinguem, imprudentem, exigui iudicij.
Paruum cum gula gracili	Debilem, inſipientem, doctrinalem, pauci cibi, non admodum fortunatum.
Pineatum	Inuerecundum, iracundum rapacem.
Prolixum ineptè, & obliquum	Impudicum.
Sphęricum	Mobilem, inſtabilem, obliuioſum, indiſcretum, ſimplicem, impudentem.
Tempora vtrinque caua.	Doloſum ac trucem.
Volubile hinc & illinc.	Fatuum, vanum, fallacem, malignum, inſtabilem.

De gula. *Cap. XXI.*

GVLA, quam & iugulum vocant, eſt pars colli anterior inter mentum & pectoris ſummitatem conſtituta, cuius pars poſterior, dicitur Ceruix. Vocatur hæc pars etiam guttur: vnde gutturoſi dicuntur illi, quorum guttur tanquam ſpongia quędam intumeſcit. Sed quum infra de ſingulis colli ſignificationibus dicturi ſimus, in præſentia pertranſeo. Hic obiter ſequentem tabellam de nonnullis gulę ſignificationibus quas ex varijs codicibus excerpſimus, ſubijciemus.

Gula	*Significat.*
Candida	Glorioſum, timidum, luxurioſum, mendacem, immemorem,
Groſſa cum collo declinante	Sagacem, tenacem, pacificũ, ſecretum, ſtabilem.
Macra, ſubtilis, & venoſa.	Timidum, debilem, pigrum, credulum, conuertibilem, infortunatum.
Rectè diſpoſita.	Prudentem, fortem, virilem.

De collo *Cap. XXII.*

COLLVM, ſecundum Iſidorum, eſt dictum, eo quòd rigidum ſit & rotundum, caput baiulans & ſuſtentans, cuius pars anterior dicitur gula de qua dictum eſt; poſterior verò, ceruix. Eſt igitur collum membrum rotundum inter caput & corpus medium, quod debet habere quandam conuenientiam & proportionem cum capite. Nan ſi forma capitis fuerit

tempe-

temperatè magna,& ceruix aliquantulum groſſa : bonitatem ſignificat complexionis & diſpoſitionis. Si verò caput fuerit paruum, & collum magnũ, quantitati illius non proportionatum,abundantiam deſignat materiæ ſuperfluam,& virtutis informatiuæ defectum , & eiuſmodi caput ſuper cephalica infirmitate,& auricularum dolore fatigatur. Illa porrò nodoſitas ſiue colli ſpondylis,quæ primò apparet ſupra ſpatulas vbi videlicet ſpatulæ & collum continuatur, dicitur clauis colli ſiue clauicula, Sed de his ſatis. Quas autẽ & corporis, & animæ ſignificationes portendat collum, ſequens indicabit tabella.

Collum	*Significat.*
Ad dexteram aſpiciens	Prudentem,ornatum, prouidum.
Ad ſiniſtram aſpiciens	Inconſideratum, inſipientem.
Aſperum	Rudem.
Concretum & accliue	Improbum,temerarium,indocilem.
Craſſum, & ſatis longum	Iracundum,iactabundũ,temerariumque.
Curtum	Sagacem,tenacem,fallacem, ſecretum, ſtabilem,diſcretum,iracundum,ingenioſum, pacis & dominij cupidum.
Eminens ad ſpatulas	Superbum, inſolentem.
Groſſum,carnoſum,breue	Stolidum, magnum commedonem.
Groſſum ratione neruorum	Fortem.
Groſſum ratione carnoſitatis	Iracundum.
Incompoſitum, neruis apparentibus	Ineptum,indocilem.
Imminens carnoſitate in medio	In bonis operibus rudem:in malis, ingenioſum.
Longum	Simplicem,timidum,debilem,inuidum, indoctum,ac pedes logos.
Longum exilem	Timidum.
Longum cum vaſtitate	Iracundum, indocilem.
Magnum cum paruo capite	Dolorem,& abundantiam materiæ.
Obliquum	Doloſum,ſagacem,loquacem,infidelem.
Piloſum	Liberalem.
Temperatum	Temperatam complexionẽ, & laudabilẽ.
Clauis colli eminens	Ignauum,iniurium.
Clauis colli depreſſa	Vafrum.

De ceruice quæ est pars posterior colli. Cap. XXIII.

CERVIX, vt superius dixi, est pars colli posterior, quæ est sic dicta, eò quòd per illam partem ad medullam spinæ cerebri dirigitur. Vnde ceruix quasi in via cerebri dicitur; quæ quid de humani corporis, & animæ qualitatibus significet, sequens tabella protinus indicabit.

Ceruix	*Significat.*
Carnosa multum	Mendacem, Bacchanarium.
Capillosa	Fortem animosum.
Concaua depressa	Pauidum, debilitatem neruorum, & ęgritudinibus obnoxium.
Declinata	Indocilem.
Declinans in parte sinistra	Caninum.
Dura & fortis	Iracundum, festinum, indocilem.
Longa ad medietatem	Stolidum, vafrum.
Rigida tanquam defixa	Indocilem, insolentem, rapacem.
Soluta quasi decidens	Insidiosum, inualida docentem.
Vasta cum prolixitate	Fortem, animosum.

De Spatulis. Cap. XXIIII.

SPATVLÆ, quæ & scapulæ dicuntur, sunt illæ duæ partes dorsi, dextra læuaque eminentes. Et dicuntur spatulæ, quia sunt ad modum spatæ: siue scapulæ à scandendo. Spacium verò, quod inter scapulas est, dicitur Interscapulum, siue Interscapilium.
Vocantur etiam Humeri quasi armi ad distinctionem hominis à pecudibus mutis: vnde nos Humeros, illi verò armos habere dicuntur. Pro spatularũ autem significationibus indagandis sequentem confecimus tabulam.

Spatulæ	*Significant.*
Abrasæ	Timidum, tenacem, litigantem, simplicẽ, laboriosum, credulum.
Carnosæ interius	Sagacem, pigrum, secretum, ingeniosum, supplantaneum.

Car-

Carnosæ nymis	Stolidum.
Coniunctæ	Auarum.
Distātes in debita proportione Liberalem:	
Eleuatæ	Vanum, audacem, instabilem, mendacem, iracundum, rixosum, perfidum.
Grossæ	Fortem, tenacem, fidelem, simplicem, laboriosum, grossi ingenij, & nutrimenti.
Inæquales	Pigrum, obtusum, simplicem, infidelem, audacem, tenacem, incredulum, falsum.
Pilosæ	Dementem, obstinatum.
Subtiles	Debilem, timidum, pacificum, credulum, conuertibilem.

De Brachijs. *Cap. XXV.*

BRACHIA, secundum Græcos, a fortitudine sunt dicta: nam in brachijs magna vis consistit, quum in eis toti lacertorum sint, & insigne musculorum robur existat. Tori enim sunt musculi; & dicuntur Tori eò q̀ illic viscera torta videantur.

Brachium itaque duplici modo accipitur. Nam aliquando totum membrum cum manu comprehendit: aliquando verò sumitur duntaxat ab humero ad cubitum: aut à cubitu ad resectam manus. Cubitus enim dicitur, eò q̀ ad cibos sumendos in ipso cubabant antiqui, apud nos verò est indecorum. Cubitorum autem extensio dicitur vlna. Nos verò in nostris interpretationibus ab humeris ad manus brachia (vt dixi) intelligemus, quorum significationes singulas in sequenti tabella summatim collegimus.

Brachia	*Significant.*
Bene composita, & articulata.	Præclaram, laudabilemque naturam.
Curta valde	Bellicosum, audacem, ingratum, inuidum, superbum, fatuum, tenacem.
Dissoluta, exiliaque	Timidum.
Firma in loquendo	Firmi consilij, perfecti intellectus.
Grossa	Fortem, superbum, inuidum, cupidum, credulum, prosumptuosum.
Mobilia in deambulando cum manu clausa	Impetuosum, cogitabundum.

Mobilia in loquendo	Eloquentem, inuidum, deceptorem.
Nuda pilis	Iracundum. credulum, vanũ, luxuriosum, mendacem, sagacem.
Oblonga ad genua	Audacem, probum, liberalem, superbum, simplicem, vanagloriosum.
Pinguia	Vanagloriosum, cupidum, indocilem, parum sapientem.
Pilosa valde	Luxuriosum, debilem, suspiciosum, maliciosum.

De Manibus. *Cap. XXVI.*

MANVS, secundum Isidorum, est dicta, eò quòd sit totius corporis munus. Ipsa enim cibum ori administrat, atque omnia operatur, ac dispensat: denique per eam accipimus & damus. Manus igitur ex parte interiori, expansis digitis, dicitur Palma, sicut contracti, pugnus. Dicitur autem pugnus a pugillo, sicut palma, ab expansis palmæ ramis. Ipsa porrò interior pars manus vbi maximè viget tactus, dicitur vola, in cuius extremitate sunt digiti, Denique plures alias partes habet Manus, quas singulas infra propriis locis recensebimus. Nunc manuum habitudinum duntaxat accipe interpretationes.

Manus	*Significant.*
Breues plus nimio	Vastum, furemque.
Condecentes in lineis & tuberculis	Longitudinem vitæ.
Curtæ, gibosæ, tenues	Ioculatorem, & deuoratorem.
Curtæ sursum in digitis	Liberalem, seruitialem, sagacem, iracundum, subfidelem, boni intellectus.
Curta palma in muliere	Difficultatem partus.
Diuersorum colorum	Luxuriosum, aut crudelem.
Graciles	Agilem in factis suis, mulieres appetentem.
Graciles longæ multum	Tyrannum, stultum.
Grossæ cum digitis acutis in extremitate.	Cupidum, falsum.
Grossæ callosæ	Insatiabilem.

Grossæ

Grossæ valde, & breues	Rudem, simplicem, vanum, mendacem, fortem, laboriosum, infidelem, incredulum, breuis vitæ.
Grossæ pingues	Ingenium hebes
Grossæ pingues in muliere	Appetentem valde.
Grossæ cum digitis breuibus	Insidiosum, deceptorem, furem.
Implicatæ ad extremum digitorum	Tenacem, cupidum, laboriosum, sagacem, incredulum, obstinatum.
Intortæ renues	Voracem loquacem.
Leues, subtiles, mollesque	Sapientem, boni intellectus ingeniique.
Latæ cum digitis longis	Subtilem in naturalibus & dispositum ad organizandum.
Mobiles in loquendo	Eloquentem, inuidum, fraudulentem.
Paruæ	Instabilem, infidum, naturæ muliebris.
Paruæ cum digitis grossis in extremitate in muliere	Luxuriam magnam, ingenium rude.
Paruę cum digitis grossis	Dispositum ad benè scribendum, & apostemate moriturum.
Pilosæ cum digitis curuis	Luxuriosum, vanum, mendacem, simplicem, rudem.
Rubeæ	Sanguineum, luxuriosum.
Tremulæ in iuuentutæ	Probum, facilis iracundiæ, placabilem.

De Digitis Cap. XXVII.

DIGITI nuncupati sunt, vel quia decem sunt, vel (vt quidam deriuari putant) a digerendo, eò quòd natura miro, decentique ordine digitos digesserit. Habent enim numerum & ordinem inter se decentissimum. Digitorum nomina sunt hæc Pollex, Index, medius, Anularis, & Auricularis. Dicit Formica, Si in qualibet iunctura digitorum (pollice excepto) non fuerit nisi vna linea, ille subito morietur: si verò fuerint ibi duæ lineę æquè distantes, bonum ingenium, & hominem veridicum significant. Si in media iunctura cuiusl bet digiti tantum fuerit vna linea, & in duabus alijs iuncturis fuerint duę: talis perdet vnum oculum. De digitorum autem interpretationibus secundum eorum situm inuestigandis, sequentem inspice tabulā.

Digiti.	*Significant.*
Articulos grossos habentes	Infortunium & miseriam.

Breues & groſſi.	Audacem, inuidum, temerarium, improuidum, ferinum, ſtolidumque.
Breues valde, & exigui	Inuidioſum, ſagacem, furem.
Caui, gibboſi indiſpoſiti	Mendoſum, leuem, miſerum, pauperem.
Collecti, non tranſparentes	Auarum, malignum, fedum.
Diſperſi multum	Miſeriam, & paupertatem.
Flectentes verſus dorſum	Prodigum, ingenioſum, ſubtilem, iniuſtum.
Gibboſi parui cum palma curta	Inuidum, ſtultum, miſerum, auarum.
Lati in extremitatibus	Fidelem, & bonum ſocium.
Linea vnica in media iunctura ſingulorum.	Amiſſionem vnius oculi.
Linea vnica in alijs iuncturis.	Subito moriturum.
Longi cum palma lata	Subtilem in naturalibus, & diſpoſitũ ad organizandum.
Longi ſubtiles proportionati	Bonum ingenium, ſed malum regimen.
Parui	Stultum hebetem, inuidum.
Parui tenues	Fatuum, nugacem, remiſſum.
Segregati	Miſeriam & paupertatem.
Subtiles, longique magis ſolito	Stultitiam.
Tenentes policem in pugno	Impetuoſum, iracundum, auarum.
Tenentes digitos ſub zona in deambulando.	Probum, ciuilem.

De Vnguibus. Cap. XXVIII.

VNGVES ſunt partes digitorum extremæ in ſuperiori parte ipſorum collocatæ, qui (vt dicit Conſtantius) cum carne, & cute ſibi vicina, ſunt coniuncti. Vngues autem ab vngo verbo procedere autumantur, eò quòd politi & tranſlucidi ſint. Et ideo habent in ſe quodam modo corneam luciditatem, & ſuperficiem politam & trãſparentem. Vnde ſi fuerint Vngues plani, albi, moles, & renues, & ſubrubentes & benè lucidi, optimum ingenium in homine indicabunt, eò quòd ab optima procedant complexione. Pro reliquis autem Vnguium ſignificationibus perſcrutandis, ſequens ſatiſfaciet tabula.

Vngues	*Significant.*
Anguſti, oblongi, curuique	Ferinos mores.

Breues vltra modum	Malignum.
Crescentes, in sinistra magis quàm in dextra	Pauperem.
Decidentes sine causa	Lepram propinquam.
Longi	Paupertatem, & mendicitatem.
Nigri, parui, reflexi & curui	Rapacem, imprudentem.
Plani, molles, tenues, & lucidi	Ingenium optimum
Profundi in medio, grossi, asperi	Rudem.
Puncta alba in solari digito	Amicitias nobilium, augmenta honoris, officiaque.
Puncta alba in alijs digitis	Amicitias iuxta significationem digitorũ.
Puncta nigra	Damna, persecutiones, carceres, & similia.
Rotundi valde	Incestuosum valde.
Sine colore	Paupertatem.

De Tactu — *Cap. XXIX.*

TACTVS, vnus ex quinque corporis sensibus, est sensus specierum tangibilium perceptiuus, &, secundùm Auicenam, est vis ordinata in neruis totius corporis ad apprehendendum quod tangit. Hic autem sensus licet sit in omnibus partibus corporis: principaliter tamen viget in volis manuum, & in plantis, quas natura temperatas ista compofuit ratione. Verum tactus hoc loco accipitur pro qualitate manus quam tangimus, cuius significationes sequens tabella manifestat.

Tactus	*Significat.*
Calidus, lenitate admixtus	Calidam, & humidam complexionem.
Calidus asperitate admixtus	Calidam, & siccam complexionem.
Frigidus cum lenitate	Felgmaticum.
Frigidus cum asperitate	Melancholicum.

De Dorso. — *Cap. XXX.*

DORSVM à duricie est dictum, eò quòd sit durior corporis superficies in modum saxi, ad portandum fortis, & ad patiendum durabilis, vt dicit Isidorus. Dicitur etiam Tergum a Teros græcè (secundum Remigium) quod latinè est rotundum; eò quòd Tergum animalis quandam speciem præsefert rotunditatis. nam omnia ossa corporis fundantur

supra

supra ipsum,sicut supra carinam nauis. Incipit auem Dorsum, secundum Constantium & Isidorum,a pupi capitis,& protenditur vsque ad renum vicinitatem. Sed secundum alios, extendit se vsque ad anum. Eius autem partes sunt quatuor, videlicet,collum,spatulæ,lumbi,& spina:de quibus partim superius dictum est: partim superest dicendum. Nunc de Dorsi interpretationibus accipe sequentem tabellam.

Dorsum	*Significat.*
Æquale	Conuenientem.
Amplum extensum	Fortem,arrogantem, iracundum.
Carnosum nimis	Stolidum.
Curuum	Auarum,malorum morum.
Gibbosum	Prauum.
Latum,solidum	Virilem.
Magnum,pingue	Fortem, vanum,pigrum,fallacem, grossi nutrimenti.
Paruum	Pauidum,pusillanimum.
Pilosum, macrum, & eleuatum	Impudentem,maliciosum,bestialem, debilem, pigrum.
Rotundum moderatè	prudentem,hilarem, ac munificam naturam.

De Spina Dorsi. Cap. XXXI.

SPINA, quamuis sit pars Dorsi: largè tamen sumpta, intelligi potest idem quod dorsum,nam, secundum aliquos, est platea publica arteriarum,neruorum,spirituum,& virtutum,& lectus spiritualium membrorum: & continet medulam veræ humiditatis. De eius autem significationibus accipe hęc pauca,quæ in sequenti tabella summatim collegimus.

Spina Dorsi	*Significat.*
Angusta & circundata molli carne.	Mollem,imbecillem,efœminatum.
Magna in longitudine & latitudine.	Robustum.
Pilosa	Inuerecundum.

De,

De pectore *Cap. XXXII.*

PECTVS est anterior pars animalis à gula vsque ad ventrem. Dictum Pectus quasi pactus à compactis costis. Est enim Pectus costis compactum, quæ veluti firmamenta Pectoris sunt: vel quòd pressum sit inter mammas: cuius magna est concauitas vt intra posita custodiat, & cor ad pulmonem cum alijs membris spiritualibus protegat & defendat. Eius autem interpretationes in sequenti tabella continentur.

Pectus	*Significat.*
Carnosum	Rudem, ac timidum.
Magnum.	Fortem, audacem, superbum, iracundum, cupidum, rapacem, inuidum, sagacem.
Nudum pilis	Debilem, impudẽtem, teneræ capacitatis.
Paruum, strictum, & patum eleuatum	Subtilis spiritus, sapientem, veracem, secretum, ingratum, sagacem, iracũdum,
Planum, macrum, nudum pilis.	Timidum, morigeratum, secretum, pacificum, duræ conuersationis.
Pilosum	Luxuriosum, sagacem, audacẽ, obstinatũ, iracundũ, liberalẽ, audacẽ, seruitialem,
Rubicundum;	Internum iræ furorem.

De Mamillis *Cap. XXXIII.*

MAMILLÆ, secundum Isidorum, a rotunditate sunt dictæ. malo enim græcè, rotundum latinè dicitur. Caput verò Mamillæ quod infans sugis, & labijs appreendit, dicitur Papilla, eò quòd à puero tangatur, & palpetur. Dicuntur etiam Vbera quasi lacte vbera, uel quia lactis humore in more vtris sint plena. Dicit autem Galenus. Si impregnatio fuerit masculi, apparebit dextra Mamilla maior sinistra, & econuersò si fuerit fœminæ. Quicquid autem de morum qualitatibus præseferant Mamillæ, ex sequenti tabella breuiter elicies.

Mamilla	*Significant.*
Magnæ abscissæ	Inertes, olentes.
Paruæ, extenuatæ, sicce	Imbecilem.

Sine venis	Rudem, & illaudabilem ad filios nũtriendũ.
Venosæ, rectæ non molles	Naturam bonam.

De Metraphreno id est furculo pectoris. Cap. XXXIIII.

METAPHRENVM est pars superior pectoris, quæ furcula dicitur, cuius significationes sunt sequentes.

Metaphrenũ	Significat.
Æstuans	Furiosum
Condecens	Bonam complexionem.
Eleuatum	Iracundum, imprudentem, indiscretum.
Profundum	Insociabilem, morosum, malorum morum.

De Ventre. Cap. XXXV.

VENTER, secundum Isidorum, accipitur pro ea parte corporis, quæ à pectore ad pubem terminatur. Et dicitur venter, eò quòd per eum veniat cibus ad totum corpus. Dicitur etiam Aluus, eò quòd cibum recipiat, & purgari consuescat. Vterũ verò solæ mulieres habent, in quo concipiunt, & dicitur vterus eò quòd fœtu impleatur interius. Est igitur venter nutrimenti totius corporis receptaculum, membrorum nutribilium sedes primæ digestionis, & secundæ fundamentum. Hinc fit, quòd medium in corpore locum sibi vendicat, vt nutrimentum inferioribus & superioribus membris distribuat & transmittat. Significationes autem ventris habentur in sequenti tabella.

Venter.	Significat.
Duræ carnis	Prauum, voracem.
Extenuatus	Amabilem naturam, animi ægritudinem.
Inanis valde, & macilentus	Pauidum, voracem, prauos mores.
Magnus	Indiscretum, stolidum, crapulatorem, luxuriosum, falsum, dedignosum.
Mediocris	Alti intellectus, boni consilij.
Mollis, non pinguis	Debilem.

Paruus, extensus	Laboriosum, sagacem, boni intellectus, teneræ capacitatis, infortunatum:
Pilosus valde	Luxuriosum, loquacem, audacem, sagacē, boni intellectus, teneræ capacitatis, tractabilē, cōuenientē, nō bene fortunatū.
Pinguis, musculosus	Fortem.

De Pectine. *Cap. XXXVI.*

PECTEN dicitur pubes, hoc est locus vbi pili apud verenda nascuntur. Signa autē pectinis, quę ad dignoscendas animi qualitates, ex sequenti tabella elicies.

Pecten	*Significat.*
Accutum, osseum	Fortem, validum.
Carnosum & pingue	Mollem.
Macrum deficcatum	Malorum morum.
Pilosum valde	Calidum, nimis luxuriosum.
Pilosum patum	Frigidum, paruæ luxuriæ.

De Virga. *Cap. XXXVII.*

VIRGA est membrum virile, quo soboles gignuntur. vocatur etiam veretrum, eò quòd membrum sit verecundum, vel etiam ex quo virus emittitur, nam propriè dicitur virus ille humor à viri natura fluens. Sunt etiā alia membra virtutis generatiuæ fundamenta, scilicet testiculi: qui diminutiuè à testibus deriuantur, sine quorum testimonio, non est aliquis vir perfectus, hi semen calamo administrant. Sciendum autem quòd virga vehementer longa generationi humanæ cōtradicit: quia spiritus gignitiui debilitantur in longo itinere. Sed quum huiuscemodi de membris disceptatio institutioni nostrę parum conducat, eam in pręsentia missam faciemus ad solam virgę interpretationem per tabullam sequentem duntaxat intenti.

Virga	*Significat.*
Magna	Ineptum ad virtutes.
Parua	Ingeniosum.
Venosa	Caliditatem, & alterationem.

De Natibus *Cap. XXXVIII.*

NATES à nitendo (vt quidam existimant) sunt dictæ: ibi enim est caro firmior quàm in cæteris membris, ne præmentis corporis mole offendatur. In Natibus enim fertur truncus corporis, qui à collo incipit et vsque ad ipsas Nates extendit. Vocantur etiam Clunes tam masculini, quàm fœminini generis, vnde Cluniculæ. De earum autem significationibus hæc pauca subiecimus, vt patet in sequenti tabella.

Nates	*Significant.*
Crassæ	Effœminatum.
Exiles, extenuatæ	Vafrum, ac praui ingenij.
Osseæ	Fortem, robustum.

De Testiculis *Cap. XXXIX.*

QVVM superius capite 37. de testiculorum habitudine satis dictum sit, nunc eadem repetere superuacaneum foret, Iccircò ad eorum duntaxat interpretationes explicandas paucis procedã; vt in sequenti tabella patet.

Testiculi	*Significant.*
Æquales	Bonam fortunam.
Impares	Magnum fornicatorem.
Magni	Prosperosum
Magni vehementer cum virga magna	Asininum, stolidum, inertem.
Pendentes	Liberalem, sed coitus imbecillem.

Corollarium.

QVI testiculis carent sunt Eunuchi, sunt immites, dolosi, facinorosi, & ad malum ingeniosi.

De Costis *Cap. XXXX.*

COSTÆ, sunt ossa illa spinæ cohærentia, intestinaque suo complexu coercentia. Vnde sciendum est, ꝙ fœmellæ sunt paruarum costarum

in

in masculis verò, e contra. nam masculinum genus habet costas magnas propter amplitudinem pectoris, & dorsi latitudinem, quum sit naturę calidioris. Quò autem ad animæ & corporis qualitates, sequens exprimit tabella.

Costæ	*Significant.*
Crassæ carnosæ.	Fortem, tardum, valde suspiciosum.
Perspicuę, plenæque veluti tumentes	Loquacem, & prauorum morum.
Subtiles, paruæ, & nudæ	Debilem, sagacem, iustum ad bonum.

De Coxis *Cap. XLI.*

COXÆ, vt inquit Columella, sunt illæ, quæ extenduntur ab inguinibus vsque ad genua. Et dicuntur Coxæ quasi coniunctæ axi: in ipsis enim femora mouentur, quorum concaua, vertebra vocantur, quia in eis capita femorum vertuntur. Dicuntur etiam à quibusdam suffragines, quia subtus franguntur, id est flectuntur. Eorum autem significationes habentur in sequenti tabella.

Coxæ	*Significant.*
Graciles	Timidum, docilem, amatorem mulierum.
Macræ	Debilem, timidum, conuertibilem ad omnia, rarò coeuntem.
Magnę ossium & neruorum	Fortem, audacem.
Magnæ carnositatis	Mollem, imbeccilem.
Pilis crispis refertæ	Fortem, luxuriosum, aptum ad coeundum.
Pilis raris & extensis insignitę	Castum, malè aptum ad generandum.

De Genibus *Cap. XXXXII.*

GENVA; secundum Isidorum coniunctiones sunt femorum & crurium: & ita sunt dicta, eò quòd in vtero matris sunt composita, cohærent enim sibi, & cognata sunt oculis, lacrimarum iudicibus & misericordię, nam à gigno Genua dicuntur. Quum enim quis gignitur, ita formatur, vt

Genua sursum sint, quorũ coniunctione, oculi formantur vt cõcaui, aut rotũdi efficiantur, secundũ verbum Philosophi, Genua comprimit arta gena. Inde est, ꝙ quum homines ad genua se prosternunt, facilius lacrimantur. Voluit. n. natura eos vteri materni rememorari, vbi in tenebris consedebant, antequàm ad lucem venirent. Portio autem quæ sub genu est, dicitur Poples. Sed de eorum significationibus hæc pauca habentur in sequenti tabella.

Genua	*Significant.*
Carnosa inter se	Fœmineum.
Laxa quasi separata	Imbecilem motus
Macra	Fortem, audacem, faticosum, secretum, boni intellectus.
Pinguia	Timidum, debilem, vanũ, mollẽ, liberalẽ.
Subtilia	Timidum.
Flexibilia	Vitam seruilem, imbecillem, aut miserrimam iacturam.

De Cruribus Cap. XXXXIII.

CRVRA à currendo sunt dicta, quia his currimus & ingressum facimus. Sunt etiam dictæ tibiæ, quia tibijs sunt similes, siue tubæ in specie & longitudine secundum Isidorum. Sunt autem crura secundum Constantium, inter femora & pedes intermedia, quibusdam neruis & lacertis cum inferioribus concatenata, per quæ influentia gressibilis motus, & regitiuæ virtutis a pedes deriuatur. Eorum autẽ significationes sunt sequentes

Crura	*Significant.*
Articulata & moderate neruosa	Fortem, atq; animũ generosum, ingenium pręclarum.
Grossa ossibus: carne, atq; pilosa	Audacem, fortem, secretum, tardum, grossi ingenij.
Magna carnositatis & indistincta	Debilem, odibilem, inuerecundum.
Nuda pilis	Castum, debilem, cito pauidum.
Pilosa valde	Luxuriosum, vanum, simplicem, instabilẽ, malis humoribus abbundantem.
Plena in medio	Luxuriosum, morosum.
Subtilia paruis pilis.	Debilem, timidum, fidelem, seruitialem, boni intellectus, raræ luxuriæ.

De

De Cauillis Cap. XLIIII.

CAVILLÆ, quæ & à quibusdam Malleoli dicuntur, sunt talorum vtrinque eminentes loci, qui membra quadam compositione constringunt, ac neruis compacta reddunt, de quarũ significationibus in hac sequenti tabella mentionem facimus:

Cauillæ	Significant.
Exiles plus nimio	Dolosum, incontinentem.
Grossæ eminentes.	Verecundum, timidum, auidum, debilem, sagacem, fidelem tractabilem, parui laboris.
Neruosæ, venosæ	Audacem, fortem, superbum.

De Calcaneis Cap. XLV.

CALCANEVS posterior pars pedis est & inferior à calcãdo dictus, quia eo terræ vestigia imprimuntur: & est rotundus ne de facili lædatur, oblongus, vt impr matur firmius, solidus etiam fuit factus, ne de facili premeretur. Ex mollibus ligaminibus est cum cauilla colligatus, vt sursum & deorsum facilius moueretur. De eius autem interpretationibus hæc pauca collegimus.

Calcanei	Significant.
Magni crassi	Securum, fortem, audacem, fatigabilem, & plus insipientem, quàm sapientem.
Parui, macri	Facile timidum, pauidum, & debilem.
Graciles	Timidum ac debilem fixionem.
Grossi, & solidi	Fortem, audacem.

De Pedibus Cap. XLVI.

PEDES, secundum Isidorum, ex Græca etymologia, nomen sortiti sunt, hos enim Græci podas dicunt: qui alternis motibus solo fixi incedunt. Locus autem, qui ad digitos tendit, dicitur dorsum pedis, quod nonnulli Tarsum, nonnulli verò πτεινα dicunt. Quod autem

sub

ſub pede eſt, ſolum dicitur, quod Græci στεδίον, & πελεια nuncupauit: pro eorum autem interpretationibus ſequentem confecimus tabellam.

Pedes	*Significant.*
Anguſti	Inertem, fatuum, aut pauidum.
Curui cum ſolea concaua	Malignum, prauum.
Digitos habentes coniunctos	Fluxum ventris, vel ſudoris fœtorem.
Groſſi, breues	Firmum, conſtantẽ, animum ferinum.
Longi valde.	Doloſum.
Magni carnoſitate, & duri.	Simplicem, fortem, vanum, mali intellectus, groſſi nutrimenti, & fatuum.
Molles, ampla pelle circundati	Mollem, & deceptorem.
Mobiles	Impudentem.
Neruoſi, & bene articulati	Fortem, & generoſum.
Parui, & leues	Audacem, fortem.
Parui, leues & pulchri	Fornicatorem, & delicioſum.
Peruerſi in ambulando	Muliebrem naturam, & inuerecundũ
Pingues	Impudentem.
Solum planum.	Verſutum.

De Planta pedis *Cap. XXXXVII.*

PLANTA pedis, quę & ſolum dicitur, eſt extrema pars animalis à planitie ſic dicta. Planities enim in ea ſic exigitur, vt fortius terræ imprimatur. Durior cute veſtitur quam cętera pars corporis, ne à ſpinis, vel etiam ab alijs obicibus patiatur ſubitò. Plantæ autem ſignificationes in ſequenti continentur tabella.

Planta pedis	*Significat.*
Æqualis	Aſtutum, malè diſpoſitum.
Concaua	Bonitatem intellectus, & morum.
Groſſa pelle	Fortem, firmum.
Longis, & multis lineis inſignita	Impedimenta, laborem, paupertatem.
Subtilis pelle	Debilem.

De Paſsibus *Cap. XLVIII.*

PASSVS, ſecundum Geometras, eſt ſpacium dum iter teritur inter vtrunque pedem compreheſum. Et dicitur paſſus, eò quòd ipſum

ſpa-

pacium patens & apertum sit, vel quia sic pedes patescunt. Quos autem animi affectus indicent, ex sequenti tabella facilè elicies.

Passus	*Significant.*
Ampli, discordati	Simplicem, grossi nutrimenti, sagacem in malum
Firmi, & fixis plantis	Fortitudinem, & virilitatem.
Lenti	Frigidũ, pigrũ, hebetẽ, flegmaticã naturam
Longi	Magnanimum, efficacem,
Punctis digitorum incedendo	Muliebrem naturam.
Subtiles cum eminenti ano, & vultu erecto	Muliebrem, & cynædum.
Tardi	Laudabilem, magnanimum.
Tardi ampli	Pigrum, tenacem, incredulum, hebetem.
Tardi interdum quiescendo	Superbum.
Veloces & breues.	Calidũ solicitũ, veloci intellectus, malignũ. timidum, imbecillem, teneræ capacitatis.
Veloces incompositi.	Stultum.

De Motu personæ. Cap. XLIX.

EX hominis motu qualitates etiam animi inuestigari possunt. Nam cuiusque in cessus indicio est qualis sit animi, & morum eius natura. Icecirco geminas condidimus tabulas, quarum altera continet Significationem totius corporis: altera verò quorundam membrorum motuum interpretationes explanat: & sunt sequentes.

Motus corporis	*Significat.*
Claudicus	Maliciosum, mendacem, immnndum, cupidum, parum conuenientem.
Festinus absque necessitate	Immundum, indiscretum, vanũ, mendacem, instabilem, infidum.
Ordinatus cum firmis & rectis cruribus.	Magnanimnm, sed impatientem.
Rarus in loquendo	Conuenientem, boni intellectus.
Velox absque causa	Simplicẽ, grossi ingenij, valde maliciosum

Motus alior. membror.	*Significat.*
Humerorum, aut vnius mem-bri eleuatio indiscretè	Ventosum, & maliciosum.
Nasi eleuatio, aut musculorum, aut maxillarum	Iracundum.
Pedum, manuũ, & totius corporis moderatè cũ declinatione capitis	Fortem, magnanimum.
Spatularum cum curuitate	Sapientem.

De statura corporis. *Cap. L.*

QVVM, præter cætera signa superius enarrata, hominum qualitates ex eorum statura elici possint, mihi sanè uisum fuit non ab re fore si huiusce modi interpretationes in vnam summam collectas subiungerem. Idcirco sequentem formauimus tabellam, in qua quicquid vnaquæque hominis forma præseferat, ad manus haberi poterit.

Statura	*Significat.*
Curta grossa.	Vanum, inuidum, suspiciosum, longe iræ, seruitialem, credulum.
Curta, Macra recta.	Sagacem, tenacem, superbum, audacem, ingeniosum, secretum, conuenienté.
Declinans anterius.	Sagacem, secretum, seruitialem, tenacem, superbum, laboriosum, incredulum, iracundum.
Declinas posterius.	Stolidum, vanum, pauci intellectus, grossi nutrimenti, immemorem, conuertibilem.
Longa, crassa.	Fortem, infidelem, falsum, tenacem, sagacem, grossi ingenij.
Longa valde & macra.	Insipientem, vanum, mendacem importunum, tardum, debilem, obstinatum.
Longa, recta & submacra.	Audacem, crudelem, superbum, iracundum, tenacem, maliciosum.
Mediocris	Temperatam naturam.
Pendens ad dextrã in ambulãdo	Cynedum, & effœminatum.

Parua.	Superbum.
Pulchra.	Vanagloriosum.
Recta.	Audacem

De Coloribus, & pilis. Cap. LI.

EX coloribus,& humani corporis pilis naturam hominis difficillimum est exactè posse cognosci, nam multa sunt accidentia, quæ humani corporis colores immutare possunt; vt timor, lætitia, ęgritudines,& similia. Item regiones diuersificant colores (licet etiam diuersificent mores) quum vna quæque regio peculiariter naturas, & colores gignat. Videmus enim quòd teutonici plerunque sunt flaui : Indi verò,nigri. Quare colores tum pilorum, tum corporum alijs signis conferre operæprecium erit,sic nanque mortalium fata,hominumque naturas, & affectus explicare poteris. Idem etiam cum reliquis signis efficies, ipsa ad inuicem comparando. Nam vni signorum omnino credere, ac per ipsum iudicare (prout toties dictum est) furentis est. Verum his cautelis suffultus, quicquid vnusquisque color in humano corpore vtcunque indicet, in sequenti tabella facilè comperies.

Collor	*Significat.*
Albus	Ignauum.
Candidus rubicundo admixtus	Ingeniosum
Flammeus	Delatorem.
Flauus & albicans	Furiosum, iracundanque.
Niger, aut albus valde	Timidum dolosum.
Niger parum,& croceus	Temperatam naturam.
Pallidus aliquantulum	Pauidum, ac peruersæ naturæ.
Pallidus valde	Pauidum, gulonem, iracundum, loquacem.
Rubeus aliquantulum	Iugenio acrem,docilemque.
Rufus aliquantulum	Auarum.
Rufus multum.	Perniciosissimum, varijs moribus præditum.

De Carne seu cute Cap. LII.

CARO, secundum Remigium, à carie est dicta, id est à putredine. Est enim Caro alterabilis, & per consequens

de facili putribilis. Caro item, secundum Constantium, est naturaliter calida & humida, caloris naturalis fomentum, ossium, neruorum, & lacertorum cooperimentum, eorumque defensio, & frigiditatis temperamentum. Prima autem pars carnis dicitur cutis, siue pellis à pellendo, à corpore ventorum iniurias, pluuiarũ, atque solis ardorum. Vocatur etiam conitum quasi caro ipsa corio tegatur. Est igitur cutis exterior corporis (vt dixi) superficies carnem & ossa circumplectens, & omnia interiora muniens atque tegens, nàm pro interiori defensione varis, passionibus se exponit. Quas autem significationes caro ipsa præseferat, hæc sequens tabella indicabit.

Caro seu cutis	*Significat.*
Subtilis & splendida	Temperatam naturam.
Alba, siue rosea	Frigidam complexionem.
Calida in tactu	Sanitatem.
Mollis, seu subtilis	Ingeniosum, timidum, fidelem, luxuriosum, & magis aduersæ fortunæ quàm prosperæ.
Humida, multa, & mollis	Mansuetum.
Dura vel aspera	Fortem, audacem, vanum, superbum, insipientem, crudelis fortunæ, duri ingenij.

De Nævis Cap. LIII.

IN fine huius primæ partis placuit nobis nonnullas de Næuis, qui in hominum corporibus conspici solẽt, interpretationes ex Melampo desumptas subiungere: quibus fore arbitror vt non tantum studiosorum aures demulceantur, verum etiam vtilitas non exigua pro hominum fortuna, & moribus indagandis afferatur: Igitur sciendum est quòd quicunque siue mas is sit, siue fœmina à dextra corporis parte signa hæc habuerit, diuitem enim, probumq; à læua verò calamitatibus obnoxium, & pauperem omnino fieri. Iccircò geminas ordinauimus tabulas, alteram pro mare, alteram verò pro fœmina: in quibus singulorum Næuorum interpretationes ex ipso Melampo excerptas collocauimus, incipiendo scilicet à fronte, & sic deinceps iuxta humani corporis ordinem procedendo vsque ad plantas pedum. Tabulę autem sunt sequentes.

TABVLA DE NAEVORVM CORPORIS MARIS SIGNIFICATIONIBVS EX MELAMPO DESVMPTIS.

Næuus in	*Significat.*
Fronte	Plurima bona possessurum.
Supercilijs	Quinque vxores.
Extra supercilia	Probam sibi vxorem, speciosamque copularem.
Naso rutilus, qui erit etiã in abditis locis	Ad Venerea plus nimio propensum.
Naso.i. ex obliquo	Per vrbes hinc inde nauigaturum.
Lingua	Coniugem diuitem, & formosa.
Labijs	Guulonem, voracemque.
Mento	Diuitem auri, argentique.
Gula	Diuitem, & formosam vxorem.
Aure	Diuitem ac celeberrimum.
Collo	Ditissimum futurum.
Ceruice	Illum decollandum.
Lumbis	Inopia, ac generis infœlicitate laboraturum.
Humeris	Vincula, & angustias. legato & angustioso
Manibus	Fęcundum in sobole procreanda. abondante nella generatione
Pectore	Paupertatis obnoxium.
Cordis situ	Facinorosum. scelerato & vitioso
Aluo ventre	Voracem, & gulonem.
Lienis loco	Vitam valetudinariam. nell loco della [illegible]
Sub aluo	Valetudinarium. solitario
Abditis	Coitu inexplebili vtentem.
Genitalibus	Diuersum sexum ab eo pro generaturum.
Inguine	Diuitiarum exuberantiam. abondanza de richesse
Genibus	Coniugem diuitem. moglie abond. & ricca
Talo pedis	Vxori obsequentem. obediente
Pedibus	Liberorum fęcunditatem. abondanza de figlioli
Dextra corporis parte	Diuitem probumque. ricco da bene
Læua vero	Pauperem, calamitatibusque obnoxium. Povero & in calamità molto obligato

TABVLA ALTERA DE NAEVORVM CORPORIS FOEMINÆ SIGNIFICATIONIBVS EX MELAMPO DESVMPTIS.

Næuus in	*Significat.*
Fronte	Ipſam regnaturam, vel magnæ poteſtatis futuram.
Extra ſupercilia	Viro diuiti, ac formoſo iungi.
Supercilijs	Quinque viros habituram.
Naſo, ſiue oculo, ac etiam in ſecretioni parte.	Ad venerea plus nimio propenſam.
Naſo ex obliquo, qui & in abditis erit	Diuerſa in pedibus paſſuram.
Labijs	Gulonam, voracemque.
Mento	Diuitem auri, argentique.
Gula	Virum formoſum diuitemque habiturã.
Aure & in femore	Diuitem, ac celeberrimam.
Collo	Ditiſſimam futuram.
Lumbis	Inopiam, ac generis omnis infœlicitatem paſſuram.
Manibus	Fœcundam in ſobole procreanda.
Pectore	Paupertatis obnoxiam.
Cordis ſitu, papillaque	Facinoroſam.
Aluo	Voracem, guloſamque.
Lienis loco	Valetudinariam vitam peragentem.
Sub aluo	Valetudinariam.
Abditis	Coitu vtentem in explebili.
Genitalibus	Diuerſum ſexum ab ea pro generaturam.
Inguine	Diuitiarum exuberantiam.
Genu dextro	Probitatem.
Genu ſiniſtro	Liberorum fœcunditatem.
Talo pedis	Viri poteſtatem intercipientem.
Pedibus	Liberorum plurimam in ipſa fecunditatẽ.

Finis primæ partis.

SECVNDAE PARTIS

De significationibus quarundam humani corporis effigierum ex pluribus signis desumptis pertractantis.

ARGVMENTVM.

EXPEDITIS hactenus singulorum humani corporis partium significationibus; nunc consentaneum duximus ad definitiones quarundam effigierum ex pluribus signis desumptas proficisci, quò facilius quilibet ea, quæ in prima parte digesta sunt, hic per experientiam (quæ semper est magistra rerum) ad manus habere possit. Ordinauimus igitur in hac secunda parte quasdam effigierum mistúras, & has per numeros capitum in varias formulas collectas distribuimus: ex quibus non solum hominum mores, eorumque varias animi inclinationes: verum etiam corporis habitudinem seu temperaturam, hoc est, si aliquis sit sanguineus, biliosus, pituitosus, aut melancholicus, vnico aspectu verissimis sententijs explicare poteris. Nam quũ primum aliquis præ oculis tibi sese offeret: illicò eius naturam cognosces: Cuius cognitiò quantæ vtilitatis in rebus agendis futura sit, neminem, nisi penitus hebes sit, latere arbitror, propterea ꝙ si forte (verbigratia) in aliquẽ incideris, qui in aliqua sui corporis parte signa probitatis præseferat: vtique eius proposito atque fido consilio inhærere poteris. vicissim autem, si quempiam compereris, qui se ostendat virum proteruum, aut scelestum: statim de non ineunda cum eo amicitia cogitabis: ne eius scelerum contagione in aliquod discrimen incurras. Vide igitur quàm vtilè sit ipsam scientiam percallere. Iccircò, amice lector, hanc tam breuem, tamque vtilẽ doctrinam assiduo per nos labore partam, ac tecum libenti animo communicatam vendicare festina: eam si quidem quando in dies verissimam esse comprobaueris: mirabèris profectò, lætaberisque, quum te totam phisionomiam in hoc paruo libello didicisse cognoueris. Et ob id immortales ages gratias omnipotenti Deo, qui tibi tam magnam scientiam, tamque nobilem doctrinam ex hoc compendioso libello contulerit.

Temperatæ naturæ Cap. I.

Statura mediocris.
Color albus rubeo permixtus.
Cutis subtilis splendida.
Manus & pedes in omnibus dispositionibus medij.
Caput proportionatum.
Nates erectę,& linealiter perpulchrę.
Oculi Kuropi idest inter nigrum, & varium medij cum humiditate clara.
Pili medij in dispositione:
Mores temperati.
Verba rata, nisi cùm necesse fuerit.
Vox mediocris.
Color vero si ad croce itatē tenderit tunc optima erit temperantia.

Calidæ complexionis. Cap. II.

Corpus bene crescens.
ac impinquatur.
Venę apparentes.
Anhelitus manifestus.
Vox firma, fortis & crassa.
Coitus appetitus & fortis.
Commestionis, & digestionis bonæ.
capilli,et pili abūdātes,grossi et crispi

Frigidæ complexionis signa. Cap. III.

Corpus frigidum,tardè crescens, & parum impinguatur.
Venæ benè manifestæ, & magnæ;
Anhelitus paruus, vel quasi absconditus.
Vox subtilis, vel acuta,
Coitus rarus.
Commestionis.
Paruæ, & male digestionis,& appetitus.
Cutis alba, siue rosea.
Capilli longi & extensi, tenuesque.
Timor, & debilis ad laborandum.

Humidæ complexionis Cap. IIII.

Caro humida, mollis, & lenis, ac nuda pilis.
Corpus leue cum iuncturis absconditis, & paucorum laborum.
Pauor, & timiditas quasi ex omni re;
Somnus paucus.
Crebra citamenta ad luxuriam.
Oculi lacrimantes.
Pili extensi & subtiles.
Ingenium bonum ad discendum.

Corollarium ex Almansore.

Nasus curtus.
Os paruum.
Dentes curti & grossi, Arguunt frigidam & humidam complexionem.

Siccæ complexionis indicia. Cap. V.

Corpus siccum & asperum in tactu; & macrum.
Robustus,& assiduitas laboris.
Appetitus cibi conueniens.
Iuncturæ membrorum manifestæ.
Capilli,

Capilli,& pili aſperi,groſſi & criſpi.

Sani corporis ſigna, & econuerſo. Cap. VI.

CIBVS & potus conueniens.
Fames in horis cõuenientibus.
Digeſtio bona.
Gaudium cum gaudentibus.
Somnus conueniens.
Inceſſus leuis.
Sudor citus.
Sternutatio rara.
Impinquatio mediocris.
Color in facie.
Caro calida in tactu.
Senſus vigent conuenienter.
Econuerſo autem in corpore malè ſano.

Humorum malorum repletionis ſigna. C. VII.

FACIES nimis rubea.
Vngues & cutis pallidi.
Extenſio nimia brachiorum.
Oſcitatio, & ſternutatio plurima.
Somnus grauis.
Venæ plenæ, ac exitus ſenguinis de naſo ex facili.
Capitis grauitas, vt dolor frontis.
Tinnitus aurium.
Lacrimatio oculorum & pruritus in eis.
Timor de plano.
Inertia corporis eundi ad laborandum.
Pulſus magnus
Diſſolutio ventris.
Vrina turbida.
Appetitus malus.
Debilitas in tota perſona.

Virilis effigies. C. VIII.

FIGVRA tota recta.
Latera, atque vniuerſi corporis articuli robuſti,& fortes.
Oſſa magna.
Coma aſpera.
Venter latus & concauus.
Humeri validi cum ſcapulis in latitudine diſtentis.
Pectus & ceruix validi.
Coxæ duræ.
Crura carnoſa.
Malleoli validi.
Pedes benè articulati.
Color acer.
Facies humida.
Oculi non magni qui,neq; patentes à neque nimis occluſi.
Spiritus reciprocatio conſtans.
Supercilia non recto ordine diſpoſita.
Frons perfecta, non autem modica.
Vox minax,vehemens,magnaque.

Timidi figura. C. IX.

CAPILLI. molles.
Corporis totius diſpoſitio remiſſa.
Facies rugoſa & macra.
Collum prælongum.
Color niger, ſiue pallidus, aut albus valde.
Oculi turbulenti.
Palpebræ motabiles.

Spiritus reciprocatio imbecillis.
Crura subtilia.
Supercilia oblonga.
Pectus inualidum.
Manus prælongæ.
Vox acuta, & mollis.

Ingenio bono præditi. Cap. X.

MAGNITVDO moderata. Color candidus rubicundo admixtus.
Capilli nec crispi nec recti.
Corpus totum erectum.
Membra absoluta.
Caro mediocris & mollis.
Crura, ac inguina non admodum carnosa.
Malleoli fortes.
Pedum manuumque & reliqua mēbra generosa.
Digiti simplices moderatæ magnitudinis inuicem distantes.
Facies coercecta, carnosaque, non autem subtilis.
Oculi humiduli, fulgidique, ac pulchri indolem hilarem præseferentes.
Cutis subtilis.

Stupidi indicia Cap. XI.

COlor albus, vel admodum niger.
Carnulentus.
Venter prominulus.
Crura crassa.
Membra breuia & ceu vinculis impedita.
Humeri cohærentes.
Collum breue, & pingue.
Extremitates solutæ.
Genæ carnulentæ.
Frons orbiculata,
Facies concreta & hians.

Impudentis signa. Cap. XII.

OCVLI vtique motu concitato, ac fulgidi.
Supercilia extensa, crassaque.
Pedes perpingues.
Nasus grandis.
Intuitus procax.
Se se in altum attollens.
Color fuluus.
Vox rauca.

Cinædi indicia. C. XIII.

SVPERCILIA lineata, prolixaque.
Labia tumida ad interiores dentes.
Spina dorsi angusta, & circundata molli carne.
Tactus, coxæ, aut genua carnosa.
Statura pendens ad dextram in deambulando.

Modesti indicia. Cap. XIIII.

VOx grauis, & submissa.
Palpebræ nec celeri, nec tardo motu concitatæ.
Color rufus.

Oculi

Oculi humidi, non autem fulgentes.
Animus liberalis.

Iucundi indicia. Cap. XV.

FRONS depressa, leuisque, ac carnosa.
Facies tota fronte carnosior.

Somniculosi figura. Cap. XVI.

OCVLI humidi, ac prælucidi quasi qui prospiciant.
Motus tardior.
Vox blanda.
Digiti manuum & pedum breues & crassi cum corpore paruo et.

Tristantis indicia. Cap. XVII.

FACIES gracilis.
Frons rugosa.
Supercilia extensa, mobiliaque.

Dissimulatoris, et contraria consulentis. Cap. XVIII.

OCVLI imbecilles.
Aspectu elegans.
Incessus versatilis.
Motus concinnus.
Additio.
At concauitate solearum pedum carentes versuri sunt.

Semi viri indicia. Cap. XVIIII.

OCVLI mobiles, in voluptatē procliues.
Frons subtracta.
Genæ mobiles.
Supercilia in suo situtumentia.
Collum intortum.
Lumbi tremuli.
Membra exilienti motu agitantur.
Genua cum manibus stridula vt taurus ostendit.
Intuitus circum sese ac infra.
Vox subtilis, stridula, tortuosa, ac tremefacta.

Immitis indicia. Cap. XX.

FACIES minax & rugosa.
Color subpallidus.
Fortis & carnulentus.
Intuitus siccus.
Sermo truculentus.
Capilli protensi ac nigri.
Manus collidit ac conterit, quum debilitatur.
Pedes sæpe numero proijcit.

Mansueti indicia. Cap. XXI.

ASPECTVS fortis.
Caro humeda ac multa et mollis.
Figura moderatæ proportionis.
Intuitus constans.

Motus corporis moderatus, & vniformis.
Vox grauis & blanda.
Capilli sursum vergentes.

Liberalis signa.
Cap. XXII.

FRONS lata seu capillata versus nasum; aut eleuata in rotundum.
Oculi humidi.
Collum pilosum.
Pectus pilosum.
Testiculi pendentes.
Manus spaciosa incuruans sese in aperiendo versus dorsum.

Auari hominis indicia.
Cap. XXIII.

MEMBRA parua.
Facies exigua.
Spatulæ coniunctæ.
Ingressus concitatus.
Dorsum recuruum.
Sermo celer.
Vox acuta.
Color sub rufus.
Dicax.
Facies ebriosa.
Coma densa.
Barba protensa.
Labia densis obsita pilis.
Tempora densa.
Oculi supplices, nitentes atque vndãtes.
Comam nutriens.
Vino deditus.

Fatui & improbi signa.
Cap. XXIIII.

CAPILLI extensi.
Caput rigidum & obliquum.
Aures prægrandes.
Collum languidnm ac ceruix.
Frons dura & aspera.
Oculi tenebrosi, parui sicci, concauique.
Visus intentus & directus.
Genæ angustæ & oblongæ.
Mentum longum.
Os loquax, solutum patens quasi bifidum.
Facies oblonga quasi corrupta.
Incuruum, ventricosus.
Crura crassa.
Articuli manuum, pedumque oblongi, asperique.
Malleoli rotundi.
Color sub viridis, quasi à somno, vel crapula excitatus.
Vox ballans, turpis, exigua, atque insolens.

Animosi indicia.
Cap. XXV.

FIGVRA corporis recta.
Latera bona.
Membra concinna.
Color sub rufus.
Humeri distantes, magni & fortes.
Pectoris partes, & inguina liuore prædita.
Barba densa.
Scapulæ latę.

Ca-

Capillatura multa.
Aspiciens infra.
Cutis circa caput rectè constans.
Facies rotunda.
Supercilia arcuata.
Nares concauæ.

Conuitiatoris, seu propter vi indicia. Cap. XXVI.

Labium superius sublime: inferius verò extentum, ad canum genus relata.
Color sub fuluus triticeusque.
Aspectus preceps.

Garruli indicia. Cap. XXVII.

Corporis partes superiores inferioribus maiores.
Aspectus iucundus.
Venter pilosus.

Somnolentis signa. Cap. XXVIII.

Corporis superiora maiora quam inferiora.
Oculi sonnodiosi.
Caro calida & rigens.

Libidinosi indicia Cap. XXIX.

Color albus.
Pili circa labia densi.

Capilli subtilles & crispi fronti eleuati.
Oculi supplices & fatui, atque humidi & pingues.
Crura subtilia atque neruosa.
Barba ad nasum retracta, ac mento interiacens vt Socrates.
Vena in brachio per spicua.
Venter pinguis.

Inuidentis signa. Cap. XXX.

Sinistræ partes dextris maiores.
Supercilia ad genas demissa.

Iniurÿ indicia. Cap. XXXI.

Colli nodus extra prominens, ad Apros relati.
Labium inferius superiori prominēs.

Pauidi signa. Cap. XXXII.

Nasus valde latus hoc ad capiatum genus refertur.

Amoribus obnoxij indicia. C. XXXIII.

Oculi concaui, sicci, lucentes, voluptatemque præseferentes.
Palpebræ notabiles.
Tibiæ, & malleoli, crassi.
Digiti pedum non admodum fixi.

FINIS.

PRIMÆ PARTIS

De singularum partium humani corporis significationibus iuxta ordinem alphabeticam & numerorum capitum & paginarum index.

Nomina	ca.	pa.	Nomina	ca.	pa.
Amicitia	1	2	*Loquela*	1	1
Anhelitus	13	18	*Mamillarum*	33	35
Artificium	1	2	*Manuum*	26	30
Aurium	19	24	*Maxillarum*	8	14
Barba	17	21	*Menti*	16	21
Brachiorum	25	29	*Metafreni*	34	36
Calcaneorum	45	41	*Motus persona*	49	43
Capillorum	2	3	*Motus aliorum membrorum*	49	44
Capitis	20	25	*Narium*	7	13
Carnis	52		*Nasi*	7	12
Cauicularum	44	41	*Natium*	38	38
Ceruicis	23	28	*Nauorum*	53	46
Ciliorum	5	7	*Oculorum*	6	8
Colli	22	26	*Oris*	9	18
Colorum & pilorum	51	49	*Passuum*	48	42
Costarum	40	38	*Pectinis*	36	37
Coxarum	41	39	*Pectoris*	32	35
Crurium	43	40	*Pedum*	46	40
Cognoscuntur homines quinque modis	1	2	*Planta pedum*	47	42
Dentium	11	16	*Risus*	15	20
Digitorum	27	31	*Spatularum*	24	28
Dorsi	30	33	*Spina dorsi*	31	34
Faciei	18	22	*Solearum pedum*	47	42
Frontis	3	4	*Statura corporis*	50	44
Furcula pectoris	34		*Superciliorum*	4	6
Genarum	8	14	*Tactus*	29	33
Genuum	38	49	*Testiculorum*	39	38
Gula	21	26	*Ventris*	35	36
Habitus	1	1	*Virga*	37	37
Incessus	1	1	*Vnguium*	28	32
Labiorum	10	15	*Vocis*	14	19
Lingua	12	17			

SECVNDÆ PARTIS

De signis vniuscuiusque naturam significantibus summatim collectis tractantis iuxta ordinem alphabeti & numerum capitum & paginarum index.

Nomina	ca.	pa.	Nomina	ca.	pa.
Amoribus obnoxij	33	55	*Iucundi*	15	53
Animosi	25	54	*Liberalis*	22	54
Auari	23	54	*Libidinosi*	29	55
Calidæ complexionis	2	50	*Mansueti*	21	52
Cinædi	13	52	*Modesti*	14	53
Conuiciatoris	26	55	*Pauidi*	32	55
Dissimulatoris	18	53	*Sani corporis*	9	51
Fatui	24	54	*Semiuiri*	16	53
Frigidæ complexionis	3	50	*Siccæ complexionis*	5	50
Garruli	27	55	*Somniculosi*	16	53
Humidæ complexionis	4	50	*Somnolentis*	28	55
Humorum malorum repletionis	7	51	*Stupidi*	11	52
Immites	20	53	*Temperatæ naturæ*	1	50
Impudentis	12	52	*Timidi*	9	51
Ingenio bono præditi	10	52	*Tristantis*	17	53
Iniurij	31	55	*Virilis*	8	51
Inuidentis	30	55			

Quæ mala proueniant ex luxuria.

LVXVRIA est pestis amara, quæ animam maculat, corpusque eneruat, formam corporis destruit, animam perdit. Deum offendit, proximum lædit, ac denique corpus & animam ad gehennam trahit.

Quidam Poeta contra eos qui pessimum crimen incurrunt, sic ait.

Nec tu formosi specie capiaris ephebi.
Talis amor scelus est, quem, qui sapit, effugiet: nam
Est pueri nec mens, nec amor, ratioue, fidesue.
Ah pereat quisquis puerorum flagrat amore.

Pag.	Linea.	Errata.	Lege.
21	2	spem	splen
37	23	fugis	fugit
46	5	conitum	corium
50	20	citamenta	incitamenta

IN VERONA, Per Girolamo DIscepolo.
Con licenza della Santa Inquisitione.




S. ELIAS.


S. IOANES.